



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

De S. Adalberone Episcopo Herbipolensi Et Confessore Lambaci In Austria
Superiori. Commentarius Prævius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

DE S. ADALBERONE

EPISCOPO HERBIPOLENSI ET CONFESSORE

LAMBACI IN AUSTRIA SUPERIORI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Adalberonis, unico Martyrologio inscripti, antiquus cultus Lambaci probatur: Vita et libellus miraculorum, atque altera Vita metrica, recudenda.

ANNO MXC.
Inter marty-
rologos soli

Herbipolis, alias Wireburgum, Germanis Wurtzburg, Germanice in Franconia apud Mœnum civitas, insignem episcopatum habet, a S. Bonifacio, archiepiscopo Moguntino ac martyre, probante S. Zacharia Papa, institutum, cujus episcopus suæ ditionis principatu, atque inter Franconiæ principes ducatu gaudet. De primo hujus sedis episcopo S. Burchardo agendum in hoc Opere nostro erit ad diem 14 Octobris, quo ille Romano Martyrologio inscriptus legitur. Alterum ejusdem civitatis antistitem S. Brunonem cum eodem Martyrologio dedimus die 17 Maii; hodie vero memorandus venit proximus hujus Brunonis successor B. Adalbero, Adelbero etiam atque Albero nonnumquam appellatus, qui sæculo XI pro Sede Apostolica multa a schismaticis passus, et e sede sua semel iterumque pulsus, postremos vitæ suæ annos apud Lambacense, quod in hodierna Austria Superiori fundaverat, Ordinis Benedictini monasterium in pace cœgit, ibidemque sepultus plurimis miraculis claruit, et antiquum cultum obtinuit.

Castellano
noti probatur
cultus anti-
quus

2 Vere de illo Sigismundus Calles, Societatis nostræ scriptor, tom. I Annalium Austriæ pag. 410 in elogio ejusdem pronuntiavit: Vita ipsa inter sanctos pro Ecclesia labores acta; mors pro Dei causa in exilio obita satis demonstrant, nec vivere ipsum sanctius, nec mori felicius potuisse. Nec vero defuere ad tumbam illius miracula, nec antiquus annuus cultus; ut vehementer admirer, nomen ejus nullis, nec Germanico quidem vulgo Canisiano, Martyrologiis inscriptum legi, præterquam in Universali Castellani, in quo ad diem 6 Octobris breviter Gallice dicitur: Viriburgi S. Adalbero episcopus. Ac merito quidem Castellanus in sacris Fastis ei locum dedit, recteque ad hunc diem; at Viriburgi, seu Herbipoli cum annuntiare non debuit, ubi is episcopus quidem fuit, non tamen obiit, nec sepulturam, nec fortasse etiam cultum unquam obtinuit; sed Lambaci in Austria Superiori, in cujus loci monasterio ipsum, si non (ut verisimillimum est) multo prius, saltem sub finem sæculi XII et ineunte XIII fulsisse miraculis annuaque veneratione die 6 Octobris publice honoratum fuisse, constabit ex dicendis; pauca tamen prælibemus.

3 Diem 6 Octobris saltem sæculo XII non multum inchoato annuæ B. Adalberonis memoriæ Octobris Tomus III.

sacrum fuisse, diserte tradit anonymus auctor libelli miraculorum, quem eo tempore scripsisse, infra probabimus. Nam cap. 22, apud me num. 37, ubi, dum de redditu mulo puero apud B. Adalberonis tumulum loquela sermo fit, ista legere est: Instabat siquidem anniversarius dies beati confessoris Alberonis episcopi, qui semper octava die Angelorum occurrit, quo plurimi causa orationis Lambacensem locum student invisere; cum quibus etiam parentes dicti pueri, ipsum secum ducentes, divina spe animati, et meritis beati Præsulis confisi, iter arripere etc. Octava dies Angelorum, seu Dedicatio S. Michaelis archangeli, quæ Dedicatio die 29 Septembris recolitur, dies 6 Octobris est, qua proinde die annua B. Alberonis, seu Adalberonis festivitas certe jam sæculo XIII agebatur, cum magna populi frequentia, quamque ipsi emortualem fuisse, suo loco vulebimus.

4 Ad ejusdem cultum pariter faciunt vetus Hymnus, Antiphona et Oratio ex antiquis Bibliothecæ Lambacensis Mss. codicibus eruta vulgataque a reverendissimo Joanne, ejusdem monasterii abbate, de quo infra pluribus. Interim hæc accipe:

Oratio rithmica ad beatum Adalberonem episcopum.

O felix confessor Christi,
Adalbero, qui fuisti
Hic in terris Deo gratus,
Nunc in cælis sublimatus;

Afflictorum consolator,
Et mœstorum liberator,
Mihî pius sis adjutor
Et ab omni clade tutor:

Sic ut tuum exoramen

Cunctis prosit ad solamen,
Qui te quærunt mente pura,
In quacumque manent cura.

5 Precor tuam pietatem

Et mirandam sanctitatem,
Ut in mea paupertate,
Animæ fragilitate,
Corporis necessitate,
Membrorum debilitate,

Mihî velis subvenire,

Ut ne sinas me perire
Ulla causa læsionis
Vel perversæ suasionis:

Sed die noctisque hora

Pro me Christum sic exora,

57

Ut

Lambaci die
6 Octobris,
quo ille obiit.

E

Vetus de co-
dem Beato
Rhythmus

F

apud Lamba-
censes;

AUCTOR
C. S.

Ut hic omne malum vincam,
Ipsi Deo appropinquem,
A delictis mundus solus,
Sim contritus et devotus,
Ut mortem non expavescam,
Neque reus erubescam,
Verum post hoc exilium
Valeam Dei Filium
Contemplari cum Beatis
In conspectu Deitatis. Amen.

Hactenus Rhythmus, in quarta stropha prolucior, quam in ceteris.

item Antiphona et Oratio;
* an passim?

6 Antiphona vero sic habet: Iste Homo ab adolescentia sua partim * meruit infirmos curare: dedit illi Dominus claritatem magnam, cæcos illuminare, et demones effugare.

ÿ. Ora pro nobis, beate Adalbero.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

Propitiare, Domine, nobis famulis tuis per beati Adalberonis, episcopi et confessoris tui (qui in præsentem requiescit ecclesia) merita gloriosa, ut ejus pia intercessione ab omnibus semper protegatur adversis. Per Dominum nostrum Jesum etc. Plurimis illum post mortem miraculis effulsisse, docet Libellus de his recedendus; at, quod de curatis ab eo in adolescentia sua infirmis Antiphona indicat, nusquam quidquam repert. Hæc, nec plura de B. Adalberonis cultu legi, qui tamen ex libello miraculorum plurimum confirmabitur.

que omnia illi locum vindicant in Opere nostro

7 Quapropter, etiamsi ipsius nomen a martyrologis (si Castellanus excepias) neglectum fuerit, nec de hodierno illius cultu quidquam certi præterea noverim, cum tamen de antiqua atque inmemorabili apud Lambacenses publica veneratione, Beatique appellatione jam a sæculo XII abunde constet, censui eidem cum Beati titulo in Opere nostro dandum locum esse, quem etiam Majores mei caris in locis promiserunt. Quod vero apud Herbipolenses, quorum episcopus fuit, nullus, quod quidem sciam, ei cultus delatus sit, ea ratio esse videtur, quod ipse pro summi Pontificis et Ecclesie causa, cui Herbipolenses cum Henricianis schismaticis adversabantur, e sua sede expulsus apud Lambacense monasterium, tunc in Bavaria atque extra dioccesim ejus positum, exsulans, ultimos vite sue annos exegerit, in eoque (non Herbipoli) humatus, signis inclaruerit, ex quibus cultus sæpe ducit exordium.

Vitam prior edidit Joannes abbas Lambacensis,

8 Beati Adalberonis Vitam primus, quem dixi, Joannes Lambacensis abbas ex pervetustis, ut testatur in Præfatione sua, monasterii sui Bibliothecæ Mss. codicibus erulam, una cum Vitæ B. Altmanni, Pataviensis episcopi, sanctique Gebhardi, Salisburgensis archiepiscopi, anno 1619 typis vulgavit Augustæ Vindelicorum apud Saram Mangiam viduam, quem libellum præ manibus habeo. Post Altmanni Gebhardique Vitas adjecit Libellum de signis et miraculis beati Adalberonis episcopi; et post hunc etiam alteram ejusdem Beati Vitæ metricam, quemque jam recensui Hymnum cum Antiphona et Oratione. Ex hac Joannis editione Mabillonius priorem Vitam in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti Sæculi v, parte II, a pag. 665 recudit; Adalberonem Herbipolensem cum Sancti titulo eo in Opere recensens, non quod ipsum sui Ordinis unquam fuisse, cum Joanne Trithemio crederet, sed aliis de causis, quas ibidem pag. 661 exposuit his verbis.

9 Adalberoni (inquit) Herbipolensi episcopo locum inter beatos viros, qui Ordinem nostrum illustrarunt, merito concedi posse fatebitur, quicumque res ipsius gestas perspectas habebit; quamvis enim professionem monasticam eum nunquam emisissè verisimilius sit, multis tamen aliis titulis accenseri debet. Illustre quippe summæ illius in Ordinem Benedictinum propensionis argumentum simul est et monumentum monasterium Lambacense, quod a suis ipsius parentibus conditum et dotatum Benedictino Ordini addixit, in ipsum sese recepit, diuturna multorum annorum commoratione consecravit, sepultura sua honoravit; ac tandem post mortem infinitis propemodum miraculis illustravit. Trithemius præterea in Chronico Hirsaugiensi ad annum MCLV, et iterum ad annum MXX cum nostris accenset, quem ante adeptum episcopatum monachum et abbatem Lambacensem fuisse, scribit. *Trithemium de hisce conveniam postea; nunc de Beati Vita sermonem prosequamur.*

10 Eandem Vitam Hieronymus Pez tom. II Scriptorum rerum Austriacarum a pag. 3 inseruit, nec editionem Joannis abbatis, nec Mabillonii secutus, sed ipsummet Mss. codicem Lambacensem, qui Joanni abbati præluxerat. Neque id frustra fecit: non enim prior iste editor primigeniam auctoris phrasim tam accurate semper reddidit, quin pauca aliqua in ea mutare sibi licuisse putaverit. Nam sic ipse loquitur in sua Præfatione toti Opusculo seu collectioni Vitarum præfixa: Hi vero (qui simplicem incomplumque veterum in scribendo stilum naseant) intelligant, librum (hunc) nativo sub stylo relictum esse, hoc est, humili, et (ut erat ætatis illius, pietati magis, quam eloquentiæ studens, et rem potius, quam verborum lenocinia sectans industria) ut plurimum minus eleganti et aspero, paucis admodum, qui nimiam corpori deformitatem parere videbantur, nævis abstersis. Ordo præterea desiderabitur nonnumquam. Hactenus ille: at Pezsius, meliori consilio usus, primigenios illos nævos retinendos censuit, atque in infima cujusque paginæ ora lectiones, quas variavit Joannes abbas, annotavit. Pezii itaque editionem sequemur, varias primi editoris lectiones pariter observaturi.

denuo vulgavit Pezsius ex autographo. E

11 Codicem suum Lambacensem sæpe laudatus abbas anno, ut dictum est, 1619 pervetustum appellavit, Vitamque ipsam jam tum ante quadringentos annos conscriptam fuisse asseruit; vereque sæculi XII inventis seu non admodum multis annis inchoati esse, probant Mabillonius Pezsiusque ex Libello miraculorum, qui eundem cum Vita auctorem habet. Libelli enim auctor in Præfatione profitetur, se, prætermisissè miraculis antiquioribus, solum pauca relaturum ex iis, que ipsemet viderat, audieratque, ac suis (ut loquitur) manibus contractaverat: idem cap. 1, apud me num. 3 narrans miraculum ad B. Adalberonis tumbam obtentum, rei gestæ tempus adscripsit hoc modo: Acta sunt hæc eodem anno, quo beati Virgiliti (Salisburgensis episcopi) ossa sunt revelata, in vigilia sancti Johannis Baptistæ: nec ea veterum relatione cognovimus; quia oculis nostris ea vidimus. Atqui S. Virgiliti corpus inventum fuisse anno 1181, probant ibidem Pezsius, Baronius in Annalibus, et in horum Critica Pagius ad eundem annum, quo proinde tempore vivebat Libelli auctor.

F Auctor Vitæ majorisque partis miraculorum

12 Porro cum idem ille rursum cap. 13, apud me

A me num. 49 aliud miraculum anno 1204 im-
 scriptis ante
 annum 1225:
 tratatum narret, scripsisse dicendus est jam in-
 choato saeculo XIII; quod ne post annum 1225 fe-
 cisse credatur, obstat ejusdem libelli continuator,
 dum apud Joannem abbatem et Pezium cap. 17,
 apud me num. 51, caecum ibidem anno 1225 illu-
 minatum scribit; unde colligere licet, primum Vitae
 ac Miraculorum scriptorem postremo hoc anno
 aut non superfuisse inter vivos, aut certe scribere
 desisse. Haec de tempore biographi; ad nomen
 conditionemque quod attinet, tametsi haec a ne-
 mine hactenus tradita latere saepe laudati poste-
 riores editores agnoscat, merito tamen censent,
 eundem Lambacensem monachum fuisse, probat-
 que Pezium ex ipsis scriptoris verbis, ex quibus
 id manifestum evadit. Ea igitur accipe.

fuitque mona-
 chus Lamba-
 censis;

15 In primis circa finem Prologi ad Vitam
 num. 2 sic loquitur biographus: Sed, quia generatio
 praeterit, et generatio advenit, ne volubilibus
 annorum curculis desidiosa, quae istius
 temporis facile subrepat hominibus, negligentia
 posteritas post successura oblivioni tradat origi-
 nem Lambacensis caenobii, Fundatores ejus,
 QUIBUS SUMMAM ET AETERNAM DEBEMUS REVERENTIAM;
B insuper signa et miracula virtutesque sanita-
 tum, quibus misericordia Domini, qua plena
 est terra, tumulum BEATI PATRIS NOSTRI, episcopi
 Adalberonis, illustravit, dignum posteris com-
 mendare duximus. Deinde in Libello miraculo-
 rum cap. 7, apud me num. 18, fluviolum trino
 nomine appellatum memorans, Tertio, inquit, ut
 praedictum est, loco LAMBACH nuncupatur, unde
 LOCUS NOSTER vocabulum sortitus est. Cum igitur
 anonymus iste Adalberoni et parentibus illius,
 velut caenobii Lambacensis fundatoribus, sese plu-
 rimum obstrictum profiteatur; cum eundem bea-
 tum Episcopum vocabulo Patris nostri honoret
 ipsumque Lambacense caenobium Locum nostrum
 appellet, procul omni dubio is Lambacensis mo-
 nachus fuerit.

sed parum
 accuratus.

14 Jam quod ad argumentum scriptio-
 nis spectat, ex praemissis satis liquet, biographum
 potissimum proposuisse, originem sui Lambacen-
 sis monasterii, et miracula, quibus fundator Adal-
 bero in ejusdem ecclesia fulsit, posteritati com-
 mendare; gesta vero Fundatoris compendiose
 referre, quantum ad qualemcumque hujus Viri
C notitiam necesse ei videbatur: quod et fecit. At
 certe anonymus, in chronotaxi minime accuratus,
 personas quasdam factaque ad aliena tempora
 retulit, maxime in sede sua expulsus fuit, ut suo
 loco ostendimus. Huic Vitae subjiciam jam lauda-
 tum Libellum miraculorum ex eadem editione
 Pezii, adjectis pariter, quae hic apud abbatem
 Lambacensem variare observavit. Mabillonius ab
 hoc Libello recudendo abstinendum censuit, quod
 nihil peculiare ad illustrandam sui Ordinis histo-
 riam contineret.

Is item pri-
 mus scripsit
 Libellum mi-
 raculorum,

15 Porro, eundem esse Libelli Vitaeque scripto-
 rem, colligimus ex verbis Prologi num. 15 datis,
 quibus Vitae auctor promissit, se scripturum mi-
 racula, quibus Deus B. Adalberonis tumulum
 illustrare dignatus est, de quibus tamen nullum
 verbum in ipsa Vita reperire est; ut proinde, nisi
 Miracula ejusdem scriptoris Opusculum sit, bio-
 graphus promissis suis minime stetit dicendus
 sit. Adde etiam, quod, teste Pezio, Vitae et Libel-
 lus in eodem codice Lambacensi, eademque manu
 ineuntis saeculi XIII exarata sint usque ad Libelli
 capituli 13 finem, ut hinc quoque nihil in opposi-
 tum liceat suspicari. Dixi: Usque ad Libelli

capituli 13 finem; nam inter hoc et sequens caput
 Pezium, quod subdo, monitum aliis characteribus
 interposuit: Quae continenter in eodem cod.
 Ms. subjunguntur, B. Adalberonis miracula
 aliam quidem, sed coevam, manum praese-
 ferunt; quod idem in ultimo capite advertere
 licet. Inscriptiones vero capitum ad oram ad-
 jectae saeculum decimumquintum non obscure
 sapiunt.

AUCTORE
 C. S.

16 Quam ob rem mihi verisimillimum fit, scri-
 ptorem Vitae, Libello miraculorum ad finem usque
 capituli 13 jam perducto, spatium in membrana
 reliquisse ceteris, quae eventura sperabat miracu-
 lis adscribendis (nullam enim, ut alias fieri assolet,
 isti Opusculo clausulam ibidem apposuit); deinde
 vero post illius mortem alium quemdam Lamba-
 censem monachum adjectisse miracula, quae septem
 sequentibus capitibus continentur. Sane, quod
 ibidem narratur cap. 17, apud me num. 51,
 factum dicitur anno 1225; atque ipse scriptor
 cap. 21, apud me num. 55, monachum se Lam-
 bacensem profestetur dicens: Una Sabbati venit
 multitudo copiosa... ad tumbam beati Patris
 nostri venerandam. Nam quo alio, quam sui
 monasterii Fundatoris titulo Adalberonem Bea-
 tum Patrem suum appellasset? Tertium denique,
 qui postremum, seu 25 caput eodem saeculo XIII
 adjecti, quem potius quam Lambacensem caeno-
 bitam fuisse arbitramur? Ceterum hunc quoque
 Libellum, uti et Vitam, pro more nostro in alia
 capita sic partitus sum, ut veterem eorumdem
 partitionem in margine adscriperim; ipsas vero
 antiquas capitum inscriptiones Libello praemise-
 rim.

quem unus
 et alter au-
 xerunt.

E

17 De altera ejusdem beati Praesulis Vita, me-
 trica scilicet, cujus ex Joanne abbate supra memini,
 Mabillonius in Observationibus ad priorem Vitam
 praevius dixerat: Dabimus Vitae compendium
 metricum, quod nonnulla complectatur, quae
 in Vita desiderantur; nec tamen hoc ibidem dedit.
 At non praetermisit Pezium, sic praefatus: Quis
 fuerit, quae aetate vixerit Opusculi istius
 scriptor, ex Johanne abbate Lambacensi, qui
 id una cum Vitis et Miraculis Adalberonis Her-
 bipolensis, Altmanni Passaviensis, et Gebehardi
 Salisburgensis antistitum, ex vetustis codd.
 Mss. bibliothecae Lambacensis eruisse testatur,
 non constat; nec plura de eodem hactenus
 comperimus. Itaque laudati abbatis fide et
 exemplo jam dictum auctorem denuo prodire
 volumus, uti et veterem Rhythmum, Antiphona-
 nam et Collectam de eodem beato Pontifice,
 quae omnia ad Opusculi sui calcem idem Johan-
 nes abbas exhibuit.

Vitae metricae
 incerti tempo-
 ris

F

18 Non legebatur itaque haec Vita metrica in
 illo saeculi XIII codice Lambacensi, ad quem prio-
 rem Vitam Libellumque miraculorum exegit Pe-
 zius; cum tamen in vetusto etiam codice eam a se
 inventam testetur saepe laudatus abbas, causamque,
 ob quam B. Adalbero e sede sua exsulavit, multo
 rectius, quam biographus exponat, ac quaedam
 praeterea ab isto praetermissa doceat, hanc quoque
 ex eodem abbate post miraculorum Libellum excu-
 dam; et Poetae nomine in Commentario laudabo.
 Est vero illa sat eleganter conscripta, sed verisi-
 militer Vita (ac forte etiam non parum) recentior;
 an ejusdem auctor etiam Lambacensis monachus
 fuerit, an S. Stephani Herbipolensis, an denique
 Schwarzigenis, seu Schwarzacensis, ejusdem
 Ordinis Benedictini caenobiorum, quorum pri-
 mum ab Adalberone Benedictinis traditum,
 alterum instauratum, poeta canit; an demum
 alterius

ac professio-
 nis auctorem
 habet: danda
 tamen est.

ACTORE
C. S.

alterius professionis scriptor, ex eodem nequeo colligere.

§ II. Illustres Beati parentes
et cognatio : pia pueritia :
educatio in episcopatu
Herbipolensi : studium in
academia Parisiensi : vati-
cinitium : monachus ei
perperam adscriptus :
elevatio ad episcopatum
Herbipolensem.

beati pater
Arnoldus comes
Lambaci,
nunc in Au-
stria.

Ab illustribus Adalberonis parentibus orsi ambo biographi, patrem ei assignant Arnoldum castris Lambacensis, tunc in Bavaria, nunc in Superiori Austria, comitem. Loci situm Carolus Stengelius in Monasteriologia Germaniae hunc tradit: Lambacense antiquum et perquam celebre monasterium in Lambachio, Austriae supra Anasum (alias Anassum, vulgo Ens fluvium) sitae oppidulo ad sinistram Trunnæ (Germanis die Traun) fluminis inter Schwaigii et Agrii fluviorum congressus loco amenissimo, duobus lapidibus a Welsio (indigenis Wels) oppido, et totidem a Cremiphano (vernacule Kremsmünster) perillustri cenobio, in Pataviensi diocesi situm, hac ratione fundatur etc. Quam accurata hæc situs descriptio sit, laud equidem dixero, ex mappis tamen geographicis non multum posse aberrare videtur. Sigismundus Calles, Societatis nostræ presbyter, in Indice topographico ad partem primam Annalium Austriae, anno 1750 Viennæ editam, eundem locum similiter in Superiori Austria (de quo nullum est dubium) paulo supra confluentes Vöglæ et Trunnæ fluviorum C statuit.

tunc in Bava-
ria siti; ma-
ter Regila e
Franconia

20 Idem Annalista de Beati patre consentiens eundem præterea Welsensem comitem fuisse, scribit ad annum 1090. Parens illi, inquit, Arnoldus Welsæ ac Lambaci comes in Austria Superiori, Bojarici tunc juris regione. Quam hic Welsam, Stengelius supra Welsium dixit, Superioris Austriae oppidum est ad Trunam fluvium situm, circa quod Adalberonem silvas habuisse, constat ex charta foundationis monasterii Lambacensis, Vitæ recedentæ inserta. In Catalogo episcoporum Herbipolensium cum eorundem iconibus, anno 1712 Herbipoli edito, Adalbero noster comes de Lambach et Scherdingen appellatur. Beati genitrix in eadem Vita Regila nominatur, diciturque fuisse matrona nobilis ex Francia Orientali oriunda. De ambobus parentibus biographo consonans poeta, addit Regilam, seu, ut habet, Regillam, de gente Weinsbergica fuisse, et de Scherdinga etiam meminisse, sic canens:

oriunda; fra-
ter Gotfridus

21 Stürps antiqua fuit, multas celebrata per oras,
De Lambach comitum, quorum alto a sanguine natus
Felix progenies, divinus Adalbero præsul.
Huic pater Arnoldus, mater Regilla, potenti

Francigenum fuerat Weinsberg de gente D creata,

Qui Lambach præter Scherdingam, multaque dictis

Oppida Franconiae magna ditone tenebant.

In mox laudato Herbipolensium episcoporum Catalogo ad iconem Adalberonis insignia nomenque Schweinsberg apposita visuntur, cujus nominis locum memorat Merianus in Topographia Franconiae; an fortasse pro Weinsberg legendum apud poetam nostrum est Schweinsberg, vel in dicto Catalogo Weinsberg pro Schweinsberg? Porro ex laudati Arnoldi comitis cum Regila Franconica nuptiis plures filios prognatos esse asserit biographus, sed solum duos nominat, Adalberonem scilicet, de quo agimus, et Gotfridum, qui an illo fuerit natu major, an minor, tacuit.

22 Ut sit, Gotfridum hunc commendat velut dignitate marchionem, virum strenuum et fortem, virum rebus bellicis aptissimum, crebris præliorum successibus fortunatum, cujus ditoni cum redivitibus circumjacentibus serviebat Putina, urbs inelyta et famosa, quæ, quasi metropolis et mater civitatum, versus Pannoniam ad Australem plagam ad arcendos hostiles Pannoniorum incursum et devastationes antiquitus constituta fuit. Laudatus Sigismundus Calles ex his biographi verbis de Gotfrido sic conjicit: Cujus in ditone cum Butinam (quam Putinam biographus dixit) urbem olim inelytam in extremo Austriae secundæ, qua Styriam spectat, limite, castrisque ac oppidis, velut corona, cinctam, scriptor vetustus fuisse prodat, conjectura est, marchionis ejusdem dignitatem, quam idem author Gotfrido tribuit, in ea Pannonia Superioris parte, quæ Austriam Styriamque ab Hungaria dividit, gessisse. Porro Butinam, seu Putinam, in Indice topographico ibidem observat, nunc castrum esse et oppidum Inferioris Austriae, post Neustad versus Hungariam, et hodie PITEX appellari.

marchio in
Austria Infe-
riori:

23 E Beati sororibus (si plures habuerit) unicam, suppresso nomine, idem laudat biographus, de Arnoldo comite dicens: Magnæ etiam nobilitatis et ingenuitatis secundum seculi dignitatem habebat filiam, quæ nupsit Ekkeberto comiti, cujus castrum, Niwenbure dictum, in ora Eni fluminis est situm; nimirum Scherdingam inter et Passavium, quod hodieque superest, et Neuburg vocatur. Pergit biographus: Huic (Arnoldi filiae) post felicem fratrum excessum in sortem dotis urbs Putina cum omnibus ad se pertinentibus cecidit. Eiusdem illustris matronæ nomen, quod in Vita tacetur, apud laudatum Austriae Annalistam in Annotatis ad annum 1094 Mechtildis fuisse legitur, ibidemque pag. 420 et sequenti dicitur istud par conjugum in loca Deo sacrata admodum munificum fuisse, ut etiam Frombaccensis in Bavaria monasterii alteri parentes conditoresque possint censer. Eodem teste Annalista pag. 409, Ekkebertus pari de causa, ob quam B. Adalbero ex episcopatu suo expulsus in Bavaria exsulavit, id est, ob defensam Dei Ecclesiam, in Hungariam profugus vixit. Ad Adalberonem procedamus.

soror Mechtildis,
Ekkeberto comiti, pio ac munifico, nupta.

24 Beata itaque Regila (verba biographi sunt) benedictionibus dulcedinis præventa de benedictionibus concepit et peperit filium, Adalberonem dictum, benedictum a Domino fructum, in quo benedicenda fuit omnis tribus et parentela sua. At quo anno ætæ nostræ Christianæ is natus est? Id vero a nemine traditum legi. Atten-

Beatus Puer,
ignoto nobis
anno natus,

A men cum ex diebus certum fiat, ipsum anno 1043 ad Herbipolensem episcopatum evectum fuisse, et post quadraginta quinque annorum sedem anno Christo 1099 mortuum, nativitas illius saeculo xi aliquot annos inchoato figenda est, ne aut nimis juvenis ad episcopatum promotus, aut admodum decrepitis senex obiisse, sine certo argumento censendus sit. Quorum si alterum credendum est, pro posteriori stabit major suspicio: nam de juniore ipsius, dum episcopus fuit, aetate nemo meminit; de postrema vero, in qua obiit, in Vita metrica legitur:

Et tandem fessus, tardusque senilibus onnis,
Ex hoc instabilis moriendo carcere vitae
Evolat, aeternamque capit super astra quietem.

Apud Bertoldum quoque Constantiensem presbyterum in Chronico Adalbero, dum obiit, unus de antiquioribus episcopis fuisse dicitur.

a patre suo in ecclesia Herbipolensi Deo dicatur;

B 25 Mirum in Puero virtutis amorem scriptor Vita, rerumque mundanarum contemptum praedicat, ex quo factum ait, ut cum pius genitor Herbipolim ad episcopum adduxerit, ac pro recepto illorum temporum more Deo dicaverit, in schola ecclesiae insitendum, ibidemque inter clericos perpetuo servituum, addito, quo in Franconia abundabat, patrimonio sub pontificis, qui tunc cathedra Herbipolensi praerat, sub cleri plebisque testimonio. Episcopus, de quo hic, fuit Henricus I, vel Meginhardus I, quorum iste ab anno 990 usque ad 1018, hic ei eodem anno successit usque ad 1055 Herbipolensem cathedram tenuisse in supra laudato Catalogo ejusdem sedis antistitem leguntur: at neutrum possumus certo assignare ob incertum B. Adalberonis annum natam, aetatemque, qua hic a patre suo Herbipolim adductus fuit.

eruditur Parisiis: socios habet S. Gebhardum et B. Altmannum,

26 Eodem teste biographo, post insignes in litteris profectus, ab Herbipolensi episcopo (jam laudato Meginhardo, aut forte hujus successore S. Brunone) missus Parisios est, in celebri illa academia mentem suam gravioribus scientiis perfecturus. Nactus ibi socios est S. Gebhardum, beatumque Altmannum, quorum prior archiepiscopatum Salisburgensem, alter episcopatum Pataviensem postea adepti sunt. Amorum Vitae Majores nostri jam illustrarunt: S. Gebhardi parte 1 tom. VI Junii in Appendice ad ejusdem mensis diem 16; Altmanni vero tom. II Augusti die 8. In utraque eorundem cum B. Adalberone in pueritia vel adolescentia familiaritas cum singulari eventu, in Adalberonis Vita praetermisso, memoratur, quae propterea hac occasione hic referam ex Vita S. Gebhardi, quae anonymum ejusdem Sancti discipulum auctorem habet. Is itaque ibidem num. 11 et 12 factum exposuit verbis, quae subjicio.

qui confabulantes quique sibi episcopatum

* I. construeret

27 Operae pretium est hic inserere, qualiter praefatus et saepe nominandus pater et dominus Gebhardus archiepiscopus ab ineunte aetate in proposito habuerit, ut, si ex facultate Dei facultas sibi posthac suppeteret, monasterium aliquod, ubi divinae laudes jugiter hymnizarentur, construere: quod ex subsequenti narratione potest perpendi. Dum enim aliquando in pueritia flore constitutus cum collegis suis, Altmanno, postea Pataviensi episcopo, et Adilberone, postea Wirzburgensi episcopo, studiis liberalibus imbueretur, contigit, ut cum his, quos praediximus, fidissimis sodalibus timore puerili fugam iniret. In via igitur ad quemdam fontem diverterunt, et ibi de sistariolis (id est, cistellis vel

peris) suis panem quantulumcumque proferentes, corpuscula recreabant. Et licet puerili affectione, Dei tamen magis, ut post patuit, inspiratione, praesago virtutis suae spiritu inter cetera, quae confabulabantur, episcopos se futuros, praedixerunt, et monasteria se ad Dei servitium fundaturos, voverunt; quod postea efficaciter compleverunt.

28 Primus igitur Altmannus subintulit, se Pataviensis ecclesiae praesulatum velle conscendere, quo adepto, monasterium se constructurum, ibique novissimam tubam ad resurgendum expectaturum. Tum Adilbero: Ego vero Wirzburgensis ecclesiae pontificatum suscipiam, et cenobium Christi servorum instituiam, ubi et ego recondar, communem omnium praestolaturus resurrectionem. At tunc Gebhardus: Ego vestrum amorum magister futurus ero, quia, volente Deo, Salzburgensi ecclesiae metropolitae sublimabor [ac in] monasterio, quod regulari institutione ordinavero, ultimum examinis diem praestolabor. Haec ideo hic inserere duximus, ut ostenderemus, quam grata Deo simplicitas istorum fuerit et cordis mundicia, quorum [dicta] puerili quodammodo joco prolata, tam mirabiliter ad effectum perduxit. Posthaec pergit exponere laudatus biographus, quo modo haec eorum caticinia probaverit eventus; quae cum in B. Adalberonis Vita etiam legantur, hic praetermitto. Consuli etiam potest Vita B. Altmanni, loco supra citato, cap. 1, num. 7. In eadem hi tres Praesules deinde perstiterunt amicitia, unanimesque semper invicti steterunt pro Ecclesia Dei tempore schismatis Henriciani, pro qua etiam adversa multa et exsilium tulerunt.

AUCTORE C. S.

praedixerunt, et singuli singula monasteria condenda voverunt.

E

reversus Herbipolim, nec tunc, nec unquam alias

F

Lambacensis monachus aut abbas fuisse

29 Porro B. Adalbero Parisiis, ut habet Vita recedenda, dulcibus abundanter theoriae refectus fructibus, sapientia plenus Herbipolim est reversus. Quo autem anno hic reditus contigerit, quo sacro Ordine ipse tunc initiatus esset, quove in Herbipolensi ecclesia munere tunc functus sit, nec hic biographus, nec poeta meminit, ambo ad collatum ei episcopatum festinantes. Joannes Trithemius in Chronico Hirsaugensi ad annum 1043 credidit, ipsum vel ante vel post suam Parisiensem commorationem, Benedictini Ordinis monachum in monasterio Lambacensi professum, imo et abbatem fuisse. Ad citatum annum sic habet: Huic (S. Brunoni) in episcopatu Herbipolensis ecclesiae successit Adelbero, abbas monasterii Lambach nostri Ordinis in Bavaria. Rursus ad annum 1073 de Swarzachensi cenobio scribit: Nimia vetustate pene collapsum Adelbero, ex monacho nostri Ordinis episcopus Herbipolensis, a novo constructum... consecravit. Denique ad annum 1090, quo Beatum nostrum obiisse, recte signavit: Sepultus est, inquit, in monasterio Lambach in Bavaria, Ordinis nostri, quod pater suus a fundamentis novum construxerat et dotaverat, in quo et ipse monachus ante pontificatum et abbas extitit.

30 Credo equidem, Trithemium in eam ivisse opinionem, quod audisset, B. Adalberonem admodum juvenem, aut etiam puerum, a genitore suo Arnolde fuisse divino servitio dicatum; eundemque Lambacensem ecclesiam, a suo patre vere fundatam, multis praediis avarisse, atque apud eandem, dum eam Benedictini tenebant, e sede sua expulsum postremos vitae suae annos exegisse, et in ea sepulchrum jacere. Verum non illum Arnoldum patrem Lambaci in Bavaria, seu Austria Superiori; sed Herbipoli in Franconia Deo obtulit; nec sub

AUCTORE
C. S.

sub abbatis ac monachorum Ordinis Benedictini, qui tunc temporis nulli erant Herbipoli; sed sub episcopi clerique Herbipolensis cura instituendum tradidit. Non etiam ejusdem pater Lambaci fundaverat cœnobium monachorum, sed clericorum, seu canonicorum collegium; in quod Adalbero filius, jam dudum episcopus, Benedictinos induxit et clericis substituit. Non potuit ergo Adalbero ante acceptum episcopatum in Lambacensi monasterio Benedictinum monachum professus esse, aut Benedictinos abbas reversisse.

contra Trithemium probatur.

51 Sed nec id postea factum esse, pariter novimus tum ex Vita edenda, tum ex ipsiusmet Adalberonis litteris foundationis monasterii Lambacensis, in quibus dicitur hic duos primos eidem monasterio, tum Benedictino, præfuisse abbates, Ekkebertum scilicet, et post hujus abdicacionem Becemannum; tum denique ex vetusto ejusdem monasterii abbatum Catalogo, quem sæpe laudatus Pezsius tom. II Script. rer. Austriac. vulgavit. Nam in hoc quoque nullus Adalberoni locus est, aut etiam esse potest. Denique recessit ille quidem ad Lambacense monasterium, in eoque supremum diem clausit ac sepultus fuit; at propterea minime necesse est, illum monachum fuisse dicere; expulsus enim e sede sua, quo potius se recepisset, quam Lambacum, hereditarium castrum suum, et ad monasterium, quod ibidem fundaverat, et in quo proinde tam hereditario, quam fundatoris jure, vivo receptus, ac mortuo sepultura ipsi debebatur. Unicus tamen locus asserto ejusdem monachatus faveat in Vita metrica, ubi de eodem Beato dicitur:

Perplacet æthereis reliquum traducere tempus

Obsequiis, sanctas, queis struxit, Fratribus, aedes,

Concordi innocuæ sociatum fœdere vitæ.

Hæc, inquam, monachatus illius faverent, nisi de solo convictu cum monachis accipienda esse, hæctenus dicta suaderent. Mitto plura, quia Mabilonius quoque ac Pezsius, ambo Benedictini, errorem Trithemii hic candide agnoscunt.

Defuncto S. Brunoni in episcopatum succedit

52 Regressus igitur Herbipolim inter ecclesie cathedralis clericos Deo servire perrexit. Præerat ibidem tunc temporis, jamque ab anno 1055 præfuerat episcopus S. Bruno, vir doctrina et virtutibus clarus, cujus gesta, ut supra monui, in Opere nostro ad diem 17 Maii illustrata habes. Huic anno 1043 vita functo Adalbero omnium votis dignus successor datus est. Biographus noster, id satis inepte factum ait, aliquibus... elapsis diebus vel annis post ipsius e Parisiensi academia reditum; rectius poeta tempus signavit hoc modo:

Ultra lustra novem millenus volvitur annus. Lustris hæc acceptis pro quinquenniis, is computus deducit ad annum 1043, cujus B. Adalberonis exordium re vera illigandum esse, etiam aliunde constat. Ipsius sanctum decessorem Brunonem ejusdem anni mense Maio obiisse, probatum est in Actis supra laudatis. Consonat Annalista Saxo, a Joanne Georgio Eekhardo tom. I Corporis historici mediæ ævi vulgatus, ubi col. 479 ad eundem annum habet: Bruno Wirceburgensis episcopus vi Kal. Junii obiit, pro quo Adalbero ordinatur.

anno 1043, die 29 Junii.

55 Ibidem col. 375 ad annum 1090 B. Adalberonis obitum recte signans, etiam diem, seu electionis seu ordinationis ejusdem annotavit, Adalbero, inquit, xx post beatum Burchardum sacrosanctæ Wirceburgensis ecclesie episcopus,

defuncto domno Brunone, in Kal. Julii constitutus, vixit post acceptum episcopatum annos XLV, menses III, dies VII, substitutis tamen (interim) duobus episcopis, Mainhardo Juniore, et Emehardo. Obiit pridie Nonis * Octobris in prædio patris sui, sepultus in monasterio suo Lambach, ubi in pace requiescit. Accuratissima esse hæc omnia Annalista asserta, ex dicendis constabit; quod vero hic ad numeros attinet, computa a pridie Nonas Octobris, seu a die 6 Octobris anni 1090 usque ad 5 Kalendas Julii, seu ad 29 Junii anni 1043, assignatos illius episcopatus annos, menses ac dies omnino reperies. Electus igitur, vel ordinatus episcopus fuit anno 1043, die 29 Junii, sanctis Apostolorum principibus Petro et Paulo sacra, quorum sanguine fundatam Ecclesiam Dei, dum vivit, adversus schismaticos strenue tutatus est. Confirmantur etiam hæc ex charta foundationis monasterii S. Stephani inferiorius recitanda, in qua ejusdem beati Præsulis annus sedis duodecimus cum mense Martio anni Christi 1057 componitur.

* l. Nonas

§ III. Lambacensibus clericis Benedictinos substituit, dotatque anno MLVI, ex quibus verisimilius primos colonos accepit monasterium Mellicense: Lambacensem ecclesiam instaurat, dedicatque anno MLXXXIX.

Adalberonem in suscepto episcopatu, qui quo huic annexus est, ducatu Franconie strenue administrando omnes Præsulis ducesque partes explevisse, scribit biographus, eumque in primis a misericordia et justitia generaliter commendat, concinente poeta, qui de ejusdem pia in sacras aedes et personas Deo dicatas munificentia hæc subdidit:

Strenuus atque munificus Episcopus

Nam templa extruxit sublimibus alta columnis,

Cœnobiis posuit fundamina grata Tonanti, Efficiens donis opulenta et religione.

Ex hisce solum Lambacense memoratur in Vita, quia scilicet hujus scriptori, quem Lambacensem monachum fuisse, probavimus, potissimum propositum fuit, sui monasterii originem fundationemque ad posteros transmittere. De ceteris ex poeta agemus infra, de Lambacensi nunc loquamur.

55 Retulimus supra § 2, B. Adalberonem, S. Gebehardum, beatumque Altmannum, in pueritia vel adolescentia sua confabulantes, singulos sibi singulas episcopales sedes vaticinatos esse, singulaque a se condenda monasteria, in quibus communem carnis resurrectionem expectaturi essent, condicisse. Fidem juvenilibus dicta invenimus, dum Gebehardus Salisburgensis archiepiscopus creatus monasterium Admontense, Altmannus Pataviensis Gotvicense, et Adalbero Herbipolensis Lambacense fundaverunt. Erat Lambacum castrum, ut supra dictum est, comitum, Lambacensium ab eo ditorum, e quibus Arnoldus, vir potens et pius, ibidem in ecclesia, beate Dei Genitricis sacra, collegium duodecim clericorum fundaverat,

in Lambacensi ecclesia clericis substituit:

A fundaverat, in qua et cum conjugē sua Regila in suā familiæ sepulcro tumulatus fuit. Hanc Adalbero, utriusque filius et heres, usus consilio Pataviensis episcopi, in cuius diocesi is locus erat, obtentoque summi Pontificis consensu, in Benedictini instituti canobium convertit, aucta e possessionibus suis liberaliter dote, quæ atendis monachis abunde sufficeret, dataque dictis clericis optione, utrum mallent Benedictinis ibidem se aggregare, an cum honesto, dum victuri essent, stipendio recedere.

56 Hæc certa sunt, et in Vita edenda latius exponentur. Verum de anno iujus fundationis dubitari potest, quamvis biographus noster Lambacensis, quas profert litteras, pro genuinis beati Fundatoris obtrudat. Harum prima pars Lambacensis monasterii fundationem, tam apud Pezium, quam apud Joannem abbatem, anno 1036 affigit, utrobique has chronicas notas exhibens: Actum est Ratisponæ anno MLVI, Indictione VIII, episcopatus autem domni Adalberonis XII. Atque hæc quidem notæ rectissime se habent; sed in eadem litterarum parte dicit Adalbero, idem monasterium, amotis inde clericis, sic a se fundatum esse cum licentia domni Apostolici, Papæ Gregorii (qui et Hilibrandus) ac consensu et consilio parrochiani episcopi Pataviensis, scilicet Altmanni. Eadem verbis suis ibidem præmiserat biographus, atque in secunda earundem litterarum parte denuo mentio fit de supra dicto episcopo Altmanno, ex cuius scilicet consensu et consilio fundatio facta fuisse dicta fuerat.

57 Atqui constat, nec Gregorium, qui ante Pontificatum Hildebrandus appellatus fuit, seu S. Gregorium VII, ante annum 1075 fuisse creatum Pontificem, nec Altmannum ante annum 1065 factum esse episcopum Pataviensem; neque anno 1036 ullum alium nomine Gregorium, sed Victorem II in Romano S. Petri Cathedra, nec denique Altmannum alterum, sed Engelbertum vel Angelbertum, ejusdem B. Altmanni decessorem, in Pataviensi sedisse. Qua igitur ratione anno 1036 dicere potuit Adalbero, substitutos a se monachos clericis fuisse, consulto prius Altmanno Pataviensi episcopo, et obtenta a Gregorio, alias Hildebrando dicto, summo Pontifice, facultate? Ambigendum non est, quin aut in Romano Pontificis et Pataviensis episcopi nominibus, aut in anno Christi error cubet. Ne vero in anno Christi erratum esse credamus, omnino prohibent adscripta Indictio VIII, et annus 12 episcopatus Adalberonis, quæ dicto anno 1036 sic congruunt, ut alteri nequeant aptari toto tempore Pontificatus Gregorii VII, et episcopatus Altmanni. Nam Indictio quidem 9 nulla cucurrit, eodem Gregorio sedente; annus vero duodecimus sedis Adalberonis decem circiter annis episcopatus Altmanni, et septemdecim Pontificatus Gregorii VII præcurrit.

58 Ego annum Christi, quocum Indictio 9, annusque 12 episcopatus Adalberonis conveniunt, retinendum puto, ac vix dubito, quin vel ipsemet biographus, vel quidam alter sciolus, dum dictas Adalberonis litteras descripsit, Gregorii Altmannique nomina imperite addiderit, cum in iis solum legeretur: Domni Apostolici, et Parrochiani episcopi Pataviensis; ex conjectura scilicet ac vicinitate temporum ratus, eos istis vocabulis designari; maxime cum ex mox dicendis B. Altmannus eandem ecclesiam Lambacensem una cum B. Adalberone consecraverit. In hanc opinio-

nem eo pronus ire potuit biographus, quod ejusdem monasterii fundationem B. Adalberoni e sede sua jam exsulanti adscribat: quod etiam fecit poeta, si rerum ordinem in narrando servaverit; fortasse ambo decepti, quia ejusdem exsilio tempore ea ecclesia dedicata fuit. Ego assignatos in litteris numeros servare malim, quam ecclesie fundationem usque in annum 1084 vel sequentem cum poeta differre, aut etiam aliquot annis ante, exsulante tamen Adalberone, reponere cum biographo, tam imperito chronologo, ut ex aliis ejusdem ibidem dictis eadem fundatio etiam ad sæculum XII, dum scilicet beatus Fundator dudum obierat, referenda esset, ut suo loco videbimus.

59 Alterum, quod adversus opinionem meam argui potest, est diturnum triginta trium annorum spatium, quod fluxisse oportuerit inter Lambacensis monasterii fundationem factam anno 1036, ejusdemque ecclesie dedicationem, quæ in ejusdem instrumenti, seu litterarum, parte altera anno Incarnationis Dominicæ 1089, ordinationis vero Adalberonis XIV, illigatur. Hæc enim tam diturna sacri loci dedicationis dilatio eo tempore, quo pacatioris erant res Germaniæ, parum verisimilis merito potest videri. Me quoque dubium faceret hæc ratio, si crederem, de notæ ecclesie a fundamentis ab illo erecte, dum clericis substituit monachos, dedicatione hic agi; sed non est ita. Nam de instaurata dudum post inductos monachos ecclesia sermonem ibi esse, manifeste colligo ex iisdem litteris, in quibus beatus Antistes sic fatetur: Cum autem hoc monasterium instauratum... dedicaretur anno MLXXXVIII.

40 Nimirum Lambacensis ecclesia, in quam beatus Præsul Benedictinus monachos anno 1036 induxit, dudum ante fuerat consecrata, cum in hac ad eum usque annum divina peregerint duodecim clerici, ab ejusdem Beati patre Arnolde constituti et dotati; quam ob rem non egebat hæc nova dedicatione, ut in monachorum usus cederet. At cum hæc, quæ monasterii nomine hic venit, ab Adalberone instaurata dedicataque dicitur anno MLXXXVIII, quid potius censuimus, quam eandem dudum, postquam Benedictinis tradita fuerat, ab ipso sic reparatam ac fortasse etiam ampliatam fuisse, ut denuo fuerit consecranda. Neque hæc igitur etiam ratio ob stare potest, quo minus, Lambacensem, de qua agimus, fundationem ex productis a biographo litteris factam credam anno MLVI, Indictione VIII, episcopatus autem domni Adalberonis XII; atque adeo etiam pro interpolationibus habeam, quæ de obtentis hunc in finem Gregorii VII facultate et Altmanni consensu, cum istis notis chronicis nequam componenda, in iisdem litteris dicuntur.

41 Admodum anceps mihi hic est mens Mabilonii, qui cum, ut dixi, Vitam B. Adalberonis in II parte Sæculi VI Benedictini ex editione Joannis abbatis Lambacensis recitans, nihil ad biographi de Gregorio Altmannoque asserta observaverit, annum fundationis 1036 in eadem signatum tacite approbasse videtur; in Annalibus vero de eadem fundatione ad eundem annum silens, tandem ad annum 1088, quo ejusdem Lambacensis ecclesie dedicatio apud Joannem abbatem facta legitur, haud congrua narrat. Postquam enim dixerat, Arnoldum, B. Adalberonis patrem, monasterium duodecim clericorum secularium in suo illo Lambacensi castro constituisse; Inter ea, subdit ibidem num. 72, fervente Hen-

nem eo pronus ire potuit biographus, quod ejusdem monasterii fundationem B. Adalberoni e sede sua jam exsulanti adscribat: quod etiam fecit poeta, si rerum ordinem in narrando servaverit; fortasse ambo decepti, quia ejusdem exsilio tempore ea ecclesia dedicata fuit. Ego assignatos in litteris numeros servare malim, quam ecclesie fundationem usque in annum 1084 vel sequentem cum poeta differre, aut etiam aliquot annis ante, exsulante tamen Adalberone, reponere cum biographo, tam imperito chronologo, ut ex aliis ejusdem ibidem dictis eadem fundatio etiam ad sæculum XII, dum scilicet beatus Fundator dudum obierat, referenda esset, ut suo loco videbimus.

40 Nimirum Lambacensis ecclesia, in quam beatus Præsul Benedictinus monachos anno 1036 induxit, dudum ante fuerat consecrata, cum in hac ad eum usque annum divina peregerint duodecim clerici, ab ejusdem Beati patre Arnolde constituti et dotati; quam ob rem non egebat hæc nova dedicatione, ut in monachorum usus cederet. At cum hæc, quæ monasterii nomine hic venit, ab Adalberone instaurata dedicataque dicitur anno MLXXXVIII, quid potius censuimus, quam eandem dudum, postquam Benedictinis tradita fuerat, ab ipso sic reparatam ac fortasse etiam ampliatam fuisse, ut denuo fuerit consecranda. Neque hæc igitur etiam ratio ob stare potest, quo minus, Lambacensem, de qua agimus, fundationem ex productis a biographo litteris factam credam anno MLVI, Indictione VIII, episcopatus autem domni Adalberonis XII; atque adeo etiam pro interpolationibus habeam, quæ de obtentis hunc in finem Gregorii VII facultate et Altmanni consensu, cum istis notis chronicis nequam componenda, in iisdem litteris dicuntur.

41 Admodum anceps mihi hic est mens Mabilonii, qui cum, ut dixi, Vitam B. Adalberonis in II parte Sæculi VI Benedictini ex editione Joannis abbatis Lambacensis recitans, nihil ad biographi de Gregorio Altmannoque asserta observaverit, annum fundationis 1036 in eadem signatum tacite approbasse videtur; in Annalibus vero de eadem fundatione ad eundem annum silens, tandem ad annum 1088, quo ejusdem Lambacensis ecclesie dedicatio apud Joannem abbatem facta legitur, haud congrua narrat. Postquam enim dixerat, Arnoldum, B. Adalberonis patrem, monasterium duodecim clericorum secularium in suo illo Lambacensi castro constituisse; Inter ea, subdit ibidem num. 72, fervente Hen-

riciano

AUCTORE
C. S.

neque obstat,
quod Lamba-
censis ecclesia

anno 1089
fuerit conse-
crata.

Anceps de his
ce Mabilonii,
biographum
secuti,

verum hanc
fundationem
illigandam
putamus
anno 1036,

AUCTORE
C. S.

riciano schismate, Adalbero ejus (Arnoldi) filius, qui Wirzburgensem ecclesiam strenue regebat, et a schismaticis abhorrebat, sede sua pulsus, in paternum prædium, id est, Lambacum, se recepit, ejusque loci clericos in monachos convertit, adnuente Gregorio VII, cum consilio Altmanni episcopi Pataviensis, qui-cum novam ecclesiam hoc anno (1088) dedicavit xvii Kal. Octobris, anno episcopatus sui xlv, et tertio, quam locum reparaverat, ut idem Adalbero litteris suis testatur.

in Actis et
Annalibus
sensus.

42 Hoc in loco Mabillonius, scriptorem Vitæ secutus, fundationem monasterii exsilio Adalberonis innoxuit, sed contra quam in Actis fecerat, annum 1036 in litteris expressum, ceterasque notas chronicas cum ejusdem exsilio tempore et personarum adjunctis non componendum, prætermisit. Sed quid sibi vult idem Annalista Benedictinus, dum novam Lambacensem ecclesiam ab illo dedicatam, ait, hoc anno (1088) et tertio, quam locum renovaverat, ut idem Adalbero litteris suis testatur? Si per renovationem loci indicatam voluerit monachorum pro clericis secularibus substitutionem, hanc anno 1085 illigavit, ac proinde annis circiter 29 serius, quam eandem, puto, contigisse: si vero veteris ecclesie instaurationem, qualem supra dixi, non refragor, hanc anno 1085 ab illo captam esse; verum nec hanc, nec illam, huic anno assignandam esse, ex laudata per ipsum B. Adalberonis Vita efficiet, ut eam legenti patebit.

Primus Lambacensis abbas Ekkebertus, secundus Becemannus,

45 Anno itaque (ut putamus) 1036 B. Adalbero Lambacensis clericis substituit monachos Benedictinos, aliunde accessitos, iisque primum abbatem præfecit Ekkebertum quemdam, virum religiosum et humilem, qui parere malens, quam imperare, post incerti temporis prælaturam, multis precibus a beato Fundatore obtinuit, ut unus e monachis suis, Becemannus nomine, viventi sibi subrogaretur, ut docet ipsemet Adalbero in litteris reculentis, et vetus Catalogus abbatum Lambacensium, ab Hieronymo Pezio editus tom. II Scriptorum rerum Austriaicarum a col. 45. Verba Catalogi habe: Ekkebertus primus abbas a beato Adalberone episcopo Lambacensi loco prælatus est, qui postea humillimis obtinuit precibus, ut hoc absolveretur jugo: et absolutus est, parvi pendens, ab hominibus vocari RABBI. Tum sequitur: Becemannus, unus e Fratribus suis (id est, Ekkeberti) auctoritate episcopi Alberonis*, et votiva Fratrum concordia petente, eligitur, durans usque ad finem vitæ. Hæc ibi, sed sine ullis notis chronicis, et tempore regiminis eorum.

* i. e. Adalberonis

tertius Sigiboldus, qui ad Mellicense monasterium,

44 In eodem Catalogo legitur Becemanno mortuo successus fuisse Sigiboldus, qui (ut additur) plures rexisset abbatias fertur, inter quas et Medellicam tenuit. Hinc, laudatus Pezius, verisimillimum fit, inquit, primos nostros Mellicenses Benedictinos ex Lambacensibus fuisse exortos; non vero ex Sublacensibus, ut ex traditionibus, nescio quibus, et recenti quodam domestico manuscripto probare contendit Anselmus Schrambius noster Chron. Mellic. parte 2, pag. 51. Quod Pezius hic recens Ms. appellat, Schrambius perantiquum codicem Ms. vocavit; uter rectius, nescio. At Lambacensem Catalogum suum Pezius majore sui parte ante medium sæculum xiii scriptum esse probat, quod eadem manu exaratus sit, qua Vita et miracula B. Adalberonis. Hæc de primis Mellicensis canobii co-

lonis Benedictinis opinio Pezii mihi quoque admodum verisimilis est.

45 Medellicam, nunc passim Mellicium, vulgo Mœlk, vetus Austriae Inferioris castrum, seu quod in eo erat, canonicorum secularium collegium, Leopoldus, inter marchiones Austriae hujus nominis tertius, fortasse B. Adalberonis exemplo usus, in Benedictinum monasterium commutavit anno 1089, eique Sigiboldum quemdam præfecit abbatem, ut probatum videri potest apud Calles part. 1 Annal. Austriae, pag. 405 et sequenti. Jam vero, si Leopoldus, ut verisimile est, id fecerit exemplo Adalberonis, qui tunc apud Lambacenses suos etiam in vivis supererat, cur credendus is sit novi monasterii sui Benedictinos colonos Sublaco ex Campania Romana potius, quam Lambaco ex proxima Austria Superiori accersisse? Certe vetustioris istius Lambacensis Catalogi scriptor non dubie asseverat, Sigiboldum, tertium Lambacensium abbatem, etiam Mellicensem abbatiam tenuisse; consentiuntque omnes, primum hujus loci abbatem Sigiboldum dictum fuisse. Si autem Leopoldus novo monasterio suo abbatem e Lambacensi canobio petierit, quidni etiam colonos?

a Leopoldo III, Austriae marchione fundatum.

46 Una hic formari potest difficultas ex tempore, quo Sigiboldus Lambacensibus præfuit, collato cum eo, quo Sigiboldus, Mellicensis abbas, cum colonis suis possessionem Mellicensis monasterii adivit, quod posterius apud supra laudatum Calles contigisse legitur anno 1089 in festo S. Benedicti, id est, die 21 Martii. At vero, cum B. Adalbero in litteris dedicationis ecclesie Lambacensis, die 14 Septembris anni 1089 factæ, solum duos Lambacensibus a se præfectos abbates, Ekkebertum et Becemannum memoret, verisimillime isdem etiam tum præerat Becemannus, atque idcirco Sigiboldus ille, qui ejusdem anni mense Martio in possessionem monasterii Mellicensis missus fuit, alius videri potest a Sigiboldo, Becemanni in abbatiam Lambacensem successore.

47 Ita est, si Sigiboldus abbatiam Lambacensem prius reverit, quam Mellicensem; at, si ex monacho Lambacensi factus abbas Mellicensis, deinde mortuo Becemanno, etiam Lambacensi monasterio præfectus, utrumque reverit, objecta difficultas evanescet. Hæc paulo latius, quam alias exigebat præsens argumentum, disputavi, tum quia hinc verisimile sit, B. Adalberonem exemplo, consilio et opera sua Leopoldum juisse ad celebrem illam Mellicensem abbatiam in Austria sua fundandam, quæ hodieque religione atque opibus floret; tum etiam quia ad ejusdem beati Præsulis gloriam pertinet, quod Lambacense monasterium, vivo Fundatore suo, triginta circiter ac trium annorum spatio tantum in virtutibus numeroque inquitinorum profecerit, ut dignum habitum fuerit, ex quo Leopoldus marchio Austriae religiosos colonos evocaret Mellicium, et hos illud concedere potuerit.

et utriusque canobii abbas præfuit.

48 Quæ inter Lambacensis monasterii fundationem, ejusdemque restauratæ ecclesie dedicationem contigerunt, aptius infra referentur continuata factorum serie, aliis interim ob similitudinem argumenti præmissis. B. Adalbero ab Henrici IV Germanie regis asseclis e sua pulsus sede Lambacensem ecclesiam sic instauravit, ut nova consecratione egeret. Scripsit ergo ad veterem amicam suam B. Altmannum, pro eadem Apostolicæ Sedis causa multa pariter passum, in cuius

Instauratam ecclesiam Lambacensem cum B. Altmanno

A *diocesi Pataviensi Lambacum erat, ut hanc sibi operam præstaret. Consensit ille, conductoque tempore Lambacum adveniens, eandem ecclesiam una cum B. Adalberone sollemniter dedicavit. Utriusque litteras, veræ pietatis, sanctæque amicitiae plenas, atque ipsam dedicationis sollemnitatem, cum exhibeat Vita edenda, solum hic exponam adjectas in Adalberonis instrumento notas chronicas pro figendo ejusdem dedicationis tempore, quod editio Joannis abbatis Lambacensis uno anno citius, quam Peziana præfert.*

Adalbero de-
dicat, non
anno 1088,

49 Apud Pezium sic loquitur Adalbero : Cum autem hoc ipsum monasterium, instauratum a supradicto episcopo Altmanno, et a me pariter dedicaretur anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIII, Indict. XII, Epacta VI, Concurr. VI, XVII Kal. Octobris, anno ordinationis domni Altmanni XXV, meique XLV. Easdem notas etiam exhibet editio abbatis præter annum Incarnationis, pro quo legit MLXXXVIII, cui etiam Mabillonius in Annalibus, hujus lectionem secutus, eam dedicationem illigavit. Sed cum Pezio legendum esse annum MLXXXVIII, omnino persuadent adscripta amborum dedicantium præsulum sedis tempora, Indictio et Epacta. Nam Altmannus, uti apud nos ad diem 8 Augusti probatum est, episcopatum suum anno 1063 ante diem 19 Junii orsus, solum vigesimum quartum sedis suæ annum numeravit mense Septembri anni 1088, anno vero 1089 vigesimum quintum. Pari modo B. Adalberonis episcopatus, cujus initium a die 29 Junii anni 1043 ducendum esse probavi, annus 43 componi nequit cum 18 Kalendas Octobris anni 1088, sed certe currebat eodem die anni 1089. Nec minus recte apposita se habet Indictio Romana, quæ tunc currebat duodecima anno 1089, anno autem 1088 undecima. Præterea Epacta VI tam bene convenit cum anno 1089, quam male cum 1088. Numeranda enim hic est Epacta non nostro modo, sed more veterum, qui eodem numero Epactas anni signabant, qui erat dierum lunarium die 22 Martii. Quam ob rem, cum anno 1089 novilunium incidit in diem 17 Martii, ejusdem mensis dies 22 fuit sexta lunæ, atque adeo ejusdem anni Epacta VI.

sed anno
1089.

30 Superstunt Concurrentes, quæ eodem anno 1089 non fuerunt sex, sed septem; verum hæc æque vitiosæ sunt in editione Joannis abbatis, et cedere debent ceteris epochis apprime consentientibus. Dedicata ergo fuit Lambacensis ecclesia anno 1089, die 18 Kalendas Octobris aut uno alterove die serius. Dixi : Aut uno, alterove die serius; quia in eadem Vita num. 55 etiam legitur hæc dedicatio facta die Kal. XVII Octobris, quo die in libello quoque Miraculorum num. 57, num. vero 54 XVI Kal. Octob. ejusdem dedicationis annua festivitas recurrisse dicitur. Verumtamen, in quolibet ex hisce locis diem male signatum malueris, ceteræ notæ chronicae integræ salvæque stabunt. si legendum sit XVIII Kal. Octob., contigerit dedicatio in festo Exaltationis sanctæ Crucis : Si XVII Kal. Oct., in Octava Nativitatis S. Mariæ Virginis, cui eadem ecclesia dedicata fuit; si denique XVI Kal. Octob., is anno 1089 fuit Dominicus, dedicationibus ecclesiarum opportunus, anno autem 1088 Sabbatum. Quo vero minus mireris, ista sollemniter fieri potuisse a duobus episcopis, e sedibus suis per Henricianos expulsis, observasse juvat, Welfonem Bavarie ducem, Leopoldumque Austriæ et Ottocarum Styriæ marchiones, in quorum primi ducatu Lambacum erat, ac in aliorum duorum

Octobris Tomus III.

ditionibus ab Anaso fluxio ad Orientem pars maxima Pataviensis diocesis protendebatur, Pontificiis partibus tunc adhæsisse; quam ob rem et in eam partem B. Altmannus ab iisdem fuerat restitutus.

AUCTORE
C. S.

§ IV. Monasterium S. Stephani apud Herbipolim Benedictinis tradit, dotatque : Schwarzacense monasterium instaurat : Henrici IV regis Germaniæ legationem ad Saxonos obit : alia ejusdem in episcopatu gesta.

E

P ergo alia Deo dicata loca, quæ B. Adalberonis munificentia debentur, memorare. Præter jam præmissum Lambacense monasterium, Poeta noster, silente biographo, duo alia, ac in primis Herbipolense S. Stephani sic indicat :

Canonicos
ex suburbio
transfert

Wirzburgæ Stephano locuples ecclesia sancto

Mystarum fuerat, sedaria jura sequentum ;
Hanc, Benedicte, tuo sacra vit, dive, trophæo,
Triginta adsciscens monachos, qui nocte dieque

Usque Deo canerent sacrarum encomia laudum.

Hujus loci fundationem clarissimus vir Joannes Fridericus Schannatus ex authographo, ut notat, vulgavit anno 1725 in prima Collectione vindemiarum litterariorum, unde juvat illam transcribere. In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Adelbero, sacrosanctæ ecclesiæ Wirzburgensis episcopus, universalis Ecclesiæ gratia vobis et pax a Deo multiplicetur. Amen. Quoniam gratuita Dei pietate, non nostris meritis, sed sola sua dignatione, in opus ministerii sui nos elegit; et, licet minus idoneos, super familiam suam dispensatores constituit, omni sollicitudine curare nos, convenit, ne pro infossa Domini pecunia ab ipso judicemur; sed pro ipsa discrete et fideliter erogata Ecce Dominicum post finem laboris audire mereamur.

F

32 Proinde notum esse volumus universæ ecclesiæ nostræ fidelibus, qualiter nos, pia præcedentium patrum et pontificum facta sequi cupientes, Deum in Sanctis suis honorare, loca sancta instaurare, adjuvare, et divinum servitium in ipsis ordinare decrevimus. Igitur, quod mente concepimus, Domino cooperante, perficiendi oportunitatem invenimus; nam locum et cœnobium, in vicino civitatis nostræ suburbio positum, et a venerabili prædecessore nostro, Heinricho antistite, fundatum, divina religioni et monastica professioni cernentes aptissimum, qualiter ipsum sublimare, et divinum inibi servitium amplificare possemus, nobiscum cogitavimus, et super hoc divina Clementiæ suffragium, et carissimorum fratrum nostrorum cepimus flagitare consilium; quorum provido et prudenti admodum usi consilio, fra-

in civitatem
Herbipolim,

58

tres

AUCTORE
C. S.

tres canonicæ professionis, qui tunc in præfato monasterio erant Deo famulantes, in ipsam civitatem transtulimus, et canonicos cum canonicis, utpote ejusdem professionis et ordinis homines, collocare, non incongruum duximus.

et eorundem
suburbanam
S. Stephani
ecclesiam

55 Ut autem præfatum locum et cœnobium, in honore beatæ Dei Genitricis Mariæ, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, sanctique Stephani protho-martyris dedicatum, eodigno honore sublimaremus, et ecclesiam, hactenus celebrem, divinis celebriorem servitiis redderemus, xxx Fratres monachicæ professionis ibidem instituímus, statuentes, ut ulterius ibi monachica conversatio et monastica professio sub abbatis regimine semper in divino permaneat famulatu. Ad supplementum vero ejusdem monasterii eorundem Fratrum et post futurorum possessiones et predia cum terminis et parochiis, redditibus et exitibus, aliisque pertinentiis, vel quæ ipse episcopus Henricus primitus donaverat, vel ipse locus ab aliis donata

B

monachis tradit, aucta
fundatione,

possederat, eidem ex integro assignavimus. 54 Communicato insuper cum fratribus nostris canonicis, et nostris fidelibus viris religiosis, consilio et assensu, novem mansos in villa Hettingesfelt, quos hereditario jure possedimus, * mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, terris, cultis et incultis, agris, vineis, pratis, campis, silvis, pascuis, aquarum decursibus, piscationibus, viis et inviis, exitibus et redditibus, quæsitis et inquirendis; et hortum ante prædictum * atrium cœnobii situm ex nostra parte cum omni justitia, qua nos et ecclesia nostra habuimus, pro nostra et prædecessorum nostrorum, ac successorum nostrorum, memoria dedimus atque delegavimus, tali videlicet respectu, ut divini servitii, quod ibidem postmodum ageretur, participes efficeremur. Ut autem hæc firma in perpetuum permaneant, duas inde cartulas fieri, et banni nostri auctoritate, sigilli quoque nostri munimine signari ac roborari fecimus; et unam apud ejusdem cœnobii Fratres, alteram vero in nostra ecclesia in notitiam futurorum servari decrevimus; horum insuper nomina affigentes, qui hæc, ut acta sunt, audierunt et viderunt.

* adde cum

* an prædicti?

C

uti constat ex
ipsius charta
fundationis.

55 Winther cancellarius. Bernolf præpositus. Aselo decanus. Hazecho. Macelin præpositi Volraht. Bercelein. Hiltiger. Ebbo. Sicolf. Landolf. presbyteri. Hatto archidiaconus. Aselo. Cuno. Giso. Bezeman. Suigger. Sigefrit diaconi. Hatto Bilis. Bern. Diemo. Oloff. Retine, subdiaconi. Eberhardus comes, nostræque advocatus ecclesie. Burkardus comes. Guntbreht. Hacho. Serrat. Boppo. Thiemo. Refolt. Gumpho. Almar. Sentuvin. Olocho, liberi ministeriales. Albgast. Wado. Bucko. Nureith. Hergebraht. Rutgast. Liemar. Vocko. Sujugkard. Volraht. Billunc. Waltrich. Ebbo. Babo. Arnolt. Rutzach. Gote-frit, et alii plures. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis m. lxxvii. Indict. xv. Non. Martii. regnante domino Heinricho quarto. Anno ordinationis Adelberonis episcopi xii. Hactenus charta apud Schannatum, cujus notæ chronicæ optime congruunt præter annum Indictionis, qui tunc erat x, non xv. Quapropter legendum puto: Indict. x, v Non. Martii.

Ejusdem fundationis
notitia datur
etiam ex aliis,

56 Hujus fundationis etiam meminit Anonymus, qui primam partem Chronici Wirceburgensis, a Joanne Georgio Eckhardo tom. I Franciæ Orientalis a pag. 816 vulgatis, ad annum usque 1540 perduxit, in Adalberone dicens: Ipse trans-

tulit canonicos Regulares de ecclesia S. Stephani in suburbio civitatis Herbipolensis ad novum monasterium, prope ecclesiam Herbipolensem situm, et sublimavit cœnobium S. Stephani cum xxx Fratribus monachicæ professionis. Actum anno Domini m. lxxvii, sub Henrico IV imperatore. *Eam S. Stephani ecclesiam struxerat dotaveratque Henricus, inter Herbipolenses episcopos sui nominis primus, tertiusque B. Adalberonis in eadem sede decessor, de quo in mox laudato Wirceburgensi Chronico ad propositum nostrum ista legere est: Anno Domini m. lxxvii tempore Henrici II imp., ducis Bavariæ, prædictus præsul Henricus erexit et fundavit ecclesias collegiatis in Hawgis, S. Stephani, et Onelz pach.*

57 Geminum ejusdem loci statum etiam annotavit Joannes Trithemius in Annalibus Hirsaugiensibus ad annos Christi 999 et 1037. Priori loco habet: Eodem quoque tempore præsul memoratus (Henricus I) in suburbano dictæ civitatis (Herbipolensis) Australi aliam construxit ecclesiam sub honore Dei Genitricis Mariæ, sanctorumque apostolorum Petri et Pauli, ac divi protomartyris Stephani, in quam similiter canonicos posuit, quibus de vitæ necessariis copiæ providit. Post annos deinde ferme sexaginta Adelbero episcopus Herbipolensis canonicos in civitatem ad alios canonicos transtulit, et monachos in ecclesiam S. Stephani collocavit; quemadmodum inferius anno Christianorum quinquagesimo septimo supra millesimum dicemus. Hæc est abbatia divi protomartyris Stephani, Ordinis S. Benedicti, quondam in suburbano, nunc vero in civitate constituta.

et ex Trithemio,

E

58 In posteriori loco Trithemius introductos in monasterium S. Stephani per Adalberonem monachos, scribit, anno Christi 1037, postquam vero illud ab Henrico primo fundatum canonicis fuerat, sexagesimo. De primæ igitur fundationis tempore dissentiant laudati chronologi Wirceburgensis et Hirsaugiensis, dum hic eam ad annum 999; iste ad 1012 reponunt. Wirceburgensis majorem sibi ab ætate, et ab ipso, quod tractavit, argumento in rebus Wirceburgensibus auctoritatem sibi vindicat; verum nostra hic parum interest de anno, quo Henricus sæpe dictam ecclesiam erexit, dum ex iisdem scriptoribus et aliunde constat, eandem, ab Henrico primo canonicis erectam, ab Adalberone anno 1037 ad Benedictinos monachos translata fuisse.

de prima loci erectione non nihil dissentientibus.

F

59 In eodem Wirceburgensi Chronico verbis num. 36 datis subditur: Idem Adelbero donavit parochiam in Hochem cum suis pertinentiis monasterio S. Stephani protomartyris, Christi triumphalis signiferi, in suburbio civitatis Herbipolensis constructo, anno m. lxxvii, sub prædicto Henrico (IV) regnante. An tamen hæc donatio Adelberoni recte adscribatur, gemina de causa cogor dubitare. Altera est, quod in litteris fundationis monasterii S. Stephani, eodem anno signatis, quas ex Schannato mox recitavi, locus iste Hochem non legatur; altera, quod idem Schannatus in Collectione A Vendimiarum litterarum a pag. 476 alias exhibeat litteras Emehardi, qui B. Adalberoni in episcopatum successit, per quas iste eandem parochiam Hocheim dicto S. Stephani monasterio donavit, nulla facto verbo de priori per Adalberonem donatione; ut proinde ejusdem parochiæ donator Emehardus, non Adalbero fuisse videatur.

Alteræ donationis eidem monasterio facta.

60 Piam beati Præsulis munificentiam rursum alio

A *alio exemplo, silente denuo biographo, ita pergit celebrare poeta noster:*
 Schwarzacense vetus monasterium,

Altera deficiunt rebus (cognomine Schwarz-
 zig)
 Ordinis ejusdem, summi sacra tecta Tonan-
 tis,
 Queis Carolus quondam jecit fundamina Ma-
 gnus:
 Laudibus hæc Superum reparat, viresque
 ministrat,
 Cum post sumpta Deo mortali e corpore
 membra
 Mille anni, ter quinque et bis sex lustra flue-
 bant.

Schwarzig, communius Schwartzach, Latina
 terminatione Schwarzachium et Schwarzacum,
 de quo hic, monasterium Ordinis S. Benedicti est
 in Franconia ad Manum flumen, et cognominem
 fluvium Schwarzach, in comitatu Castell, et
 diocesi Herbipolensi situm. De primis istius loci
 fundatoribus et inquilinis non convenit inter scri-
 ptores. Poeta, ut vidimus, ipsius primordia Caro-
 lo Magno attribuit; Trithemius in Chronico
 Hirsaugiensi ad annum Christi 1075, illud con-
 ditum, ait, temporibus Caroli Magni et Ludovici
 Pii anno Nativitatis Domini: 815, quo scilicet
 Carolus Magnus jam obierat; Bucelinus in prima
 et secunda parte Germaniæ sacræ, id modo
 anno 816, modo 815 factum scribit, ex eoque
 Mabillonius in Annalibus primam ejusdem fun-
 dationem ad annum 815 reposuit, ambo eandem
 Megingaudum comiti, ejusque uxori Immæ tri-
 buentes.

de cujus pri-
 ma origine
 quedam an-
 notantur,

61 Contra Eckhardus tom. I Franciæ Orient-
 talis ad annum 788, num. 27; et tom. II ad
 annum 816, num. 114, et alibi, multis de eodem
 monasterio agens, contendit, illud a primordiis
 suis parthenonem fuisse, jamque certe ab anno
 788 a sacris virginibus incultum; fundatorem
 vero illius, non fuisse Megingaudum, sed hujus
 patrem Mantone. Porro Megingaudum cum sua
 conjuge Imma anno 816 condidisse virorum mo-
 nasterium Megingaudeshusanum, hujusque in-
 quilinos monachos post sui cœnobii ruinam in
 Schwarzacense fuisse translatos; atque hinc pau-
 latim invaluisse eam traditionem, quæ, confuso
 Mantone cum Megingaudulo filio, Schwarzacense
 virorum monasterium a Megingaudulo et Imma,
 vel Imma anno 816 conditum refert. Ut hæc
 se habeant, omnes B. Adalberonem ejusdem
 instauratorem agnoscunt, quibus etiam accedit
 auctor recentioris Catalogi episcoporum Herbi-
 polensium, jam alias laudati, qui in ejusdem
 Præsulis elogio inter alia ait, Schwarzacense
 (monasterium) paterna Episcopi sollicitudine ab
 interitu servatum et restitutum esse.

restaurat, do-
 tat et dedicat
 anno 1075,

62 Quod ad annum attinet, laudati poete
 calculi annorum 1015 ac duodecim insuper lustro-
 rum deducunt ad annum Christi 1074, vel 1075,
 quibus Bruschius in Episcopis Herbipolensibus
 consonans, posteriorem signavit, uti et Trithemius,
 factum istud illigans anno S. Wilhelmi
 Hirsaugiensi abbatis quinto, quem partim cum
 anno Christi 1074 composuit. Præverat illis
 Conradus abbas Urspergensis, ad citatum annum
 1074 dicens: Hoc etiam anno monasterium
 Swartzahense ab Adelberone Wirceburgensi
 episcopo dedicatum est in honore sanctæ Dei
 Genitricis Mariæ, et sanctæ Felicitatis martyris
 sub Ekkeberto, ejusdem monasterii venerabili
 abbate. Porro laudatus Trithemius ad proposi-
 tum nostrum hæc præterea annotavit: Vetustate

pene collapsum (prædictum monasterium) Adel-
 bero... episcopus Herbipolensis a novo con-
 structum et magnifice dotatum consecravit, et
 monachos optimæ conversationis ex Gallia de
 cœnobio Gorzensi, Metensis diocesis, in eo col-
 locavit, quibus Egbertum, religiosissimum
 sanctissimumque virum, in abbatem ordinavit.
 An ergo tunc temporis Schwarzaci sic defecerant
 monachi, ut Gorzia arcessendi fuerint, qui illud
 inhabitarent? Id equidem nusquam comperi.

63 Bucelinus parte II Germaniæ sacræ pag. 268
 in ejusdem monasterii abbatum Catalogo a Tri-
 themio dissentiens, Egbertum cum sequenti elogio
 memoravit: Egbertus monachus S. Gorgonii
 (id est, Gorziensis) in Gallia, reformationis causa
 huc vocatus, vir sanctus, et qui miraculis cla-
 ruisse perhibetur. Sub hoc, incertum, quo
 casu, destructum, an incensum, cœnobium de
 novo dotavit et construxit Adelbero Herbipo-
 lensis episcopus. Benefecit eidem Ludovicus
 comes de Castell; sed et Hermannus comes,
 ibidem sepulti. Egbertus præfuit monasterio
 suo annis viginti septem, et ad Superos migra-
 vit vii Cal. Septembris anno MXXV. Secundum
 hæc Egbertus, non monachus e Gorziensi cœnobio
 evocatus Schwarzaci præfuit, sed ipsemet e Gor-
 zensi arcessitus fuit, ut Schwarzacenses refor-
 maret et regeret, neque id contigit post, sed
 ante reparatum ab Adalberone Schwarzacense
 monasterium; nec denique Egbertus vixit ultra
 annum 1075, cui alii, ut vidimus, reparationem
 istam affigunt.

AUCTOR
 C. S.

sub Egberto
 abbate,

64 Fortasse idem Egbertus, sive id ante, sive
 post eandem reparationem contigerit, et aliquot
 alii monachi Gorzia evocati fuerint, ut auctori-
 tate et exemplo lapsam apud Schwarzacenses
 disciplinam restituerent; atque hinc sic scripsit
 Trithemius, quasi Gorzienses in veterum Schwarz-
 acensium inquilinorum locum fuerint substituti.
 Haud scio, unde didicerit Bucelinus, Egbertum
 die 7 Cal. Septembris anni 1075 mortuum
 esse; sed eodem tempore etiam vixisse, et cum
 Hermanno, quondam Bambergensi episcopo,
 tunc exauctorato et Schwarzacensi monacho, ad
 S. Gregorium VII Romam profectum esse, ad
 eundem annum tradidit Lambertus Schafnabur-
 gensis verbis, quæ hic subjicio. Herimannus,
 Babenbergensis episcopus, comperto, quod
 alius in locum ejus subrogatus esset episcopus,
 cum omnis jam ei spes adempta esset recupe-
 randæ deinceps dignitatis suæ, nec ad eluden-
 dam Romani Pontificis sententiam ullum ultra
 pateret diverticulum, in monasterium, cui
 nomen est Suarza, secessit, ibique sub Egge-
 berto abbate sanctæ conversationis habitum
 suscepit. Statimque assumpto secum eodem
 abbate suo, Romam profectus est, cum de inobe-
 dientia sua humiliter apud Sedem Apostolicam
 pœnitentiam egisset, et anathemate liberatus, et
 sacerdotalis ministerii, præter pontificalem di-
 gnitatem, denuo licentiam consecutus est.

Aliorum de
 beati pia mu-
 nificentiâ
 asserta,

65 Non dispicio, quodnam præterea indicetur
 monasterium in Actis venerabilium comitum Pa-
 latinorum, Erenfridi seu Ezonis, et Mathildis,
 horumque filia B. Richezæ, reginæ Poloniæ, a
 Papebrochio nostro tom. V Maii, ad diem 21
 illustratis. Eorundem scriptoris supparis verba
 ex pag. 58 huc transfero. Constructum est aliud
 ex ejusdem gloriosissimæ feminæ atque reginæ
 (B. Richezæ) sumptibus monasterium per Adel-
 beronem, Wirtzenburgensem episcopum, in
 loco, ubi S. Kiliani sociorumque ejus sacrum
 exstat

ACTORE
C. S.

exstat martyrium; utpotè cujus episcopium ex
ejus numerosa familiarum clientela cum omni-
bus, quæ ad oppidum Saltzo (alias Soltz in
comitatu Hennebergensi) pertinent, regia prorsus
munificentia adauctum est. De SS. Kiliano
et duobus sociis, Franconia apostolis, Herbipoli
passis cultisque, actum in Opere nostro est ad
diem 8 Julii; nec alibi, quam apud Herbipolim
quærendum est sacrum eorundem martyrium,
si hoc pro loco, quo illi passi fuere, aut pro ex-
structa eo loci ecclesia accipiendum sit.

mihî minus
explorata.

66 Deinde si data verba biographi recte per-
cipio, quodcumque ibi demum indicetur Herbipolense
monasterium, hoc non alia de causa ex
Richezæ sumptibus per Adelberonem fuisse
constructum dicitur, quam quod hujus episcopa-
tus Herbipolensis ex Richezæ ejusque familia
opibus locupletior factus sit, atque hinc habuerit
Adalbero, unde eos sumptus faceret. Sed quod
igitur hic designatur monasterium? Mihî hactenus
nihil occurrit probabilius, quam vel monasterium
S. Stephani, tunc in suburbio Herbipolensi situm,
vel alterum in ipsa civitate, quorum primum
Benedictinorum usibus a B. Adalberone aptatum
B dotatumque, in alterum canonicos, qui in præ-
dicto S. Stephani sacra peregerant, anno 1037 ab
eodem translatos fuisse, supra pluribus exposui.
In recentiori Catalogo episcoporum Herbipolen-
sium jam alibi laudato præterea legitur: Sub ipso
(Adalberone) marchio de Vöenburg monaste-
rium Bantense fundavit; sed, quam in eo partem
habuerit beatus Antistes, non habeo exploratum.

Anno 1060 S.
Gebehardum
Salisburgensem
archiepiscopum
consecravit.

67 Pauca, quæ ex ejusdem beati Episcopi
gestis, præter prætilam, probatamque rebus in
arduis Apostolica Sedi fidem (de qua postea) præ-
terea comperi, hic referam. Anno 1060 S. Gebe-
hardum, veterem amicum suum in archiepiscopali
sede Salisburgensi constituit, consecravitque, ut
videre licet in ejusdem sancti archipræsulis Vita
apud nos in Appendice ad diem 16 Junii data,
pag. 148, num. 3. Quinquennio post alterum fa-
miliarem suum, B. Altmannum ad Pataviensem
episcopatum eveclum vilit, atque ita suum, eorum-
que de adipiscendis episcopalibus sedibus præsa-
gia minime vana fuisse, expertus fuit. Lege, si
lubet, de hisce dicta in hoc ipso Commentario
num. 27 et seq.

Pacem Henri-
cum regem
inter et Sa-
xones legatus

68 Anno 1073 ab Henrico IV Germaniæ rege
una cum prædicto S. Gebehardo, Sigefrido archie-
piscopo Moguntino, Embricone episcopo Augu-
stano, et Gozzelone, seu Gotefrido Lotharingiæ
duce legatus fuit ad Saxones pacis componendæ
gratia, quam hi post sumpta in regem arma,
acceptamque ab eo ingentem cladem, supplices
precabantur. Hi quinque viri, recusantibus aliis
tam periculoso munere fungi, ne vel apud regem
perfidia, si cum Saxonibus clementius egissent,
vel apud Saxones, si rex promissis non staret,
perniciosa mendacii crimine rei agerentur, hi,
inquam, quinque viri id oneris susceperunt, quia
hos quinque nominatim ad colloquium suum
Saxones expetierant, quod hos constantissimæ
fidei et veritatis esse, compererant; et, quid-
quid hi spondidissent, ratum fore, haud dubio
credebant, teste Lamberto Schafnaburgensi, scri-
ptore synchrono et accurato, ad eundem annum,
unde ista descripsi.

conciat; sed
rege pactis
non stante,
infelici even-
tu.

69 Quæ legati isti hac in causa in castris
Saxonum egerunt, ibidem pluribus legi possunt:
hæc summa est: Pacis amantissimi salutaribus
consiliis monitisque suis apud principes et vulgus
Saxonum tandem ægre obtinuerunt, ut, quoniam

non alio pacto commissorum venia ab Henrico, D
rege impetranda esset, armis depositis, sese illi
dederent, accepta ab illo fide, fore, ut nihil ex
hac deditioe, quod saluti eorum, quod honori,
quod rei familiari officiat, paterentur. Ac rex
quidem gratissime amplexus pacis conventio-
nem, promisit, et (sicut vulgata in plurimos
fama loquebatur) etiam jusjurandum dedit,
nihil se in eos, si dediti fuissent, præter volun-
tatem et sententiam acturum eorum, quorum
opera et beneficio incruenta sibi hæc victoria
obtigisset: non tamen pactis stetit. Rupto enim
fœdere, pia legatorum opera abusus, hostiliter
egit, et Saxonum principes variis in locis exsules
custodiendos tradidit, atque ita novi belli semina
jecit, indignantibus tum ceteris imperii principi-
bus, tum maxime jam nominatis, quorum præ-
ceteris intererat, datam a rege fidem seruari. Nec
desuerunt, qui tantam perfidiam delestati, quorum
sibi custodia demandata fuerat, optimates
Saxonum evadere permiserunt.

70 Hansizius noster tomo II Germaniæ sacra Anno 1090
Ecclesiam pag. 185 ex Crusio refert, B. Adalberonem
Syndelphin anno 1085 (dum jam exsulabat a sede sua) cum
S. Gebehardo in Suevia fuisse, ibique ecclesiam
Syndelphin cum eo consecrasset. Denique cum
anno 1090, qui eidem etiam supremus inter mor-
tales fuit, defunctus esset laudatus S. Gebehar-
dus, pulso, qui Salisburgensem sedem invaserat,
Bertholdo schismatico, Catholicum ei suffici cura-
vit Thimonem, alias Theodomarum, et una cum
S. Altmanno Pataviensi, et Meginwardo Frisingensi
episcopis consecravit: In Boioria (ait
Bertholdus Constantiensis in Chronico ad hunc
annum) fideles S. Petri jam adeo contra schi-
maticos invaluerunt, ut in Saltzburgensi episcopa-
tu Catholicum ordinarent archiepiscopum,
quem statim religiosissimus Pataviensis episco-
pus et Urbani Papæ legatus, cum Wireburgensi
et Frisingensi episcopis consecravit. Huic conse-
crationi non integro semestri supervixit Adalbero;
hæc enim ex chronographo Salisburgensi apud
Hansizium facta est die 7 Aprilis; ille autem
ejusdem anni die 6 Octobris migravit e vivis.

Anno 1090
Ecclesiam
Syndelphin
dedicat: Thie-
monem archi-
episcopum
Salisburgensem
consecravit.

§ V. Biographi in alleganda B. Adalberonis exsili causa error correctus: ejusdem Beati fides et constantia in Apostolica Sede adversus schismaticos defendenda.

Hactenus perduximus B. Adalberonis gesta
usque ad supremum vite ipsius semestre spa-
tium, prætermisissis iis, quæ interim egit pro
Ecclesia Dei, quodque pro illa fortiter tulit exsi-
lium, tempore schismatis Henriciani, quæ modo
memoranda sunt. Jam monui supra num. 14,
Lambacensem anonymum monachum in Vita per-
peram scripsisse, beatum Præsulem nostrum e
sua sede Herbipolensi Lambacum secessisse, quod
nec posset, nec vellet Henrici V Germaniæ regis,
in patrem suum Henricum IV rebellantis, ac pro-
pterea a summo Pontifice anathemate percussis,
partes sectari. Quam inepta hæc sint, vel sola
temporum

Beati exsili
causam per-
peram bio-
graphus.

A temporum ratio luculenter demonstrat. Nam ex veterum recentiorumque consensu constat, Henricum, hujus nominis quintum, quem pater suus successorem sibi in Germaniæ regnum anno 1099 coronandum curaverat, ea, quæ ibi narrat biographus, non ante annum 1104 moliri cœpisse, quo scilicet tempore B. Adalbero jam a quatuordecim circiter annis obierat, quippe mortuus anno 1090, uti tum ex aliorum veterum, tum ex ipsiusmet biographi testimoniis suo loco probabo. Tam manifestus chronologicus error, factorumque confusio accuratationem scriptoris non parum ele-
vant.

recte Poeta allegavit.

72 Multo rectius biographus alter in Vita metrica, ejusdem exsiliij causam a fædo Henrici IV schismate repetit, post ea, quæ de instaurato Schwarzacensi monasterio ex eodem retuli, sic pergens :

Verum sors malefida, furens successibus æquis

Inter pontificem summum, Ausoniumque monarcham

Impia pestiferi conflavit semina belli.

B Tum Pater, Heriboli justas qui rexit habenas,

Romani obsequio Patris constanter adhærens,

Juste possessis per vim depellitur oris

Cæsare ab Henrico, quidamque invasor iniquus,

Nomine Meinhardus, veneranda sacraria pressit :

Lustra bis octo super millenos quatuor annos

Currebant, propria cum cessit Adalbero sede.

Non est mihi animus luctuosus istis Ecclesiæ atque imperii temporibus memorandis prolixius inhærere, quam necesse sit ad exponendum, quam in eis partem habuerit Adalbero.

Orta gravi dissensione inter S. Gregorium VII et Henricum IV,

75 Henricus IV Germaniæ rex, a S. Gregorio VII Romano Pontifice jam alias monitus, ut a vexanda Ecclesia, a communione cum excommunicatis, variisque criminibus, quibus regiam majestatem suam sedabat, tandem, ut pollicitus fuerat, abstineret, denique anno 1076 severiores ab eodem litteras, et mandata per legatos accepit, in quibus, nisi resipisceret, a communione fidelium semovendus nuntiabatur. Excaudit ad hæc Henricus vehementer, et adulantum schismaticorum consiliis fædisque in sanctum Pontificem calumniis incensus, non erubuit eundem in conciliabulo, eodem anno Wormatiæ habito, Pontificatu suo indignum declarare, missisque ad ipsum Romam litteris mandare, ut a Pontificatu posterum abstineret, et Apostolicam Sedem, velut vacuum, alteri substituendo relinqueret. Contra Gregorius, spretis minis, in synodo Romana eodem anno celebrata Henricum ab Ecclesiastica communione segregavit, regnoque Germaniæ excidisse declaravit. At Henricus insanire pergens, Catholicos episcopos persecutus est, tandemque anno 1080 Guibertum, exactoratum Ravennatensem præsullem, velut in vacantem Apostolicam Sedem a schismaticis viventi Gregorio substituendum curavit.

74 Nunc, quam in hisce partem habuerit Adalbero, exponamus. Lambertus Schafnaburgensis, scriptor synchronus et accuratus, a Pistorio editus, ad citatum annum 1076 testatur, Adalberonem nostrum eidem Wormatiensi conciliabulo interfuisse, eundemque et Herimannum, seu Her-

mannum Mettensem episcopum solos tam nefario auso restitisse. Verba Lamberti accipe : Cumque cæteri omnes (qui, jubente Henrico rege, Wormatiam convenerant) damnationi ejus (Gregorii VII Pontificis) nihil hæsitantes subscriberent, Adelbero Wirtzeburgensis episcopus, et Herimannus Mettensis episcopus aliquandiu restiterunt, dicentes, incongruum valde et contra canonum scita esse, ut episcopus aliquis absens absque generali concilio, sine legitimis et idoneis accusatoribus et testibus, necdum probatis criminibus, quæ objicerentur, condemnaretur; nedum Romanus Pontifex, adversus quem nec episcopi, nec archiepiscopi jusquam, recipienda sit accusatio.

AUCTORE C. S.

75 Sed Wilhelmus, Trajectensis episcopus, qui causam regis pertinacius tuebatur, vehementer imminabat, ut aut cum cæteris in damnationem Papæ subscriberent, aut regi, cui sub jurejurando fidem spondissent, protinus renunciarent. Is eo tempore admodum carus acceptusque erat, eique rex omnium, quæ privatim vel publice agenda erant, post se ordinationem delegaverat, vir secularibus literis apprime eruditus, sed fastu nimio inflatus, vix se ipse ferebat. Igitur ex nomine omnium, qui convenerant, episcoporum et abbatum plenæ contumeliarum litteræ Romam destinantur, quibus denunciatur Romano Pontifici, ut Pontificatu, quem contra Ecclesiasticas leges usurpasset, sese abdicet; sciatque, post eam diem, quicquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi.

eundem Gregorium damnat, jubetque pontificatu cedere;

76 Hactenus Schafnaburgensis, ex cujus verbis utcumque dubitari potest, an laudati duo præsides, postquam paulisper reductati fuerant, schismaticorum regisque metu compulsi impio decreto subscripserint. Hanc suspensionem movere possent ea verba : Adelbero... et Herimannus...

Sunt, qui putant eos eidem conciliabulo subscripsisse;

ALIQUANDIU restiterunt : item : Wilhelmus Trajectensis episcopus... vehementer imminabat, ut, aut cum cæteris in damnationem Papæ subscriberent, aut regi, cui sub jurejurando fidem spondissent, protinus renunciarent; quæque mox subduntur : Igitur ex nomine omnium, qui convenerant, episcoporum et abbatum plenæ contumeliarum litteræ Romam destinantur etc. Non defuere aliqui, qui id ita factum esse crederent, inter quos dominus Augustinus Calmetus tom. II Historiæ Lotharingiæ, secundis curis anno 1748 typis editæ, col. 278 et sequenti præter hunc Schafnaburgensis locum laudans Hugonem Flaviniacensem in Chronico apud Labbeum tom. I Bibliothecæ Ms., pag. 224, et S. Gregorium VII. lib. III, Epist. 12, tom. XVIII (X voluit dicere) Conciliorum Collectionis Labbei, col. 140. Quin etiam in aliquot istius nefariæ pseudo-synodi editionibus ambo præsules subscripti leguntur.

liber utique notantur

F

77 Verum hanc labem, utut ea ex humano metu contracta fuisset, duobus his insignibus Viris, qui etiam deinceps cum maximo suo incommodo, suarumque rerum dispendio pro Pontificis partibus invicti steterunt, non ausim sine certiori argumento inurere. Subscripsisse eos, non ait Schafnaburgensis, sed aliquandiu restitisse, quod sine ulla eorumdem subscriptione ac consensu verissimum esse potest, si ambo, postquam experti fuerant, se validissimis rationibus apud furentes schismaticos nihil quidquam proficere, tandem conticuerint, aut etiam e conciliabulo recesserint. Nec refert, quod, eodem chronologo teste, contumeliosæ istæ litteræ ex nomine omnium, qui

verum id nec ex Schafnaburgensi, quem laudant,

AUCTORE
C. S.

qui convenerant, episcoporum et abbatum Romam destinatae fuerint. Quid enim mirum, si turbulentus iste Trajectensis episcopus, cujus auctoritate omnia ibi ad nutum regis gerebantur, istorum silentium aut recessum pro consensu haberi voluerit, et nefarias illas literas velut ex nomine omnium episcoporum, qui convenerant, ad summum Pontificem Romam destinandas curaverit?

neque ex Hugone Flaviniacensi,

78 Locus Hugonis Flaviniacensis, a Calmeto pariter laudatus, nullo modo spectat ad Adalberonem, sed ad Herimannum; quia tamen amborum causam communem hic fecit Calmetus, juvenit eundem, etsi paulo prolixior, expendisse. En ipsum: Praerat tunc temporis (anno 1080) Mediomatricum urbi vir egregius, et inter praecipuos Catholicæ fidei propugnatores, magnum patientiæ, religionis et justitiæ documentum, dominus Herimannus... qui in primario juventutis flore temporibus Annonis, venerabilis Coloniensis archiepiscopi, tutoris et moderatores regni, palatii frequentiam nactus, regis illius (Henrici IV) pene universa noverat, in tantum, ut etiam pro ejus insolentia a curiæ se plerumque administratione subtraheret, et magis eligeret contentus esse mediocritate sua, quam ex iniquatione societatis factiosorum sperare majora, maxime cum videret, praefatum reverendæ memoriæ virum, Annonem dolere et genere frequenti contritione, desolatum sub tali principe statum regni, incurvatum jus imperii, contritum cornu Domini, in quo esset sola spes dejectionis Ecclesiasticæ, et perturbationis pacis Catholicæ, confusio et horror, vanitas et contritio, et omnia pessumdans, superba, lubrica, vana, inconstans, atque immunda praesumptio.

cujus verba recitantur

79 Ubi vero episcopatus officium adeptus est, satis poenituit, de manu regis illius investituram pontificatus se suscepisse, adeo, ut etiam impositam praelationis sarcinam libens rejecerit, volens deposuerit, toto se ab ea nisu excusaverit, si assensum praestitisset auctoritas Romani Pontificis, apud quem pro excessibus suis, id est, INCAUTE USURPATA EADEM INVESTITURA, quæ est contra instituta canonica, culpam confiteri non erubuit, SATISQUE CAVIT IMPOSTERUM A COMMUNIONE EJUS ET FAUTORUM EJUS; propter quod et tanta passus est, ut de illo dictum videri possit: « Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. » In primo sane congressu passus est, quod fuit hominis, ut disceret, jam IN SECUNDO, QUI FUIT EI JEGIS ET PERPETUUS, de Deo praesumere, non de se. Lapsus est enim ut homo, titubavit ut homo, quia praesumpsit ut homo. Sed evacuatum est jam in illo scandalum opprobrii, quia in bonitate vitæ suæ abseissum est, quod conturbaverat illum, et per illum bonos omnes; et obscuritate rarecente, reluxit aurum, invaluit color optimus, resplenduit in diademate Regis eterni lapis sanctuarii.

et expenduntur, probari potest;

80 Hic igitur IN IPso PRIMO SVO INGRESSU A postolica doctrinæ exequutor factus, cum postmodum communicasset regi scelerato et pro sceleribus excommunicato, a cujus se, UT DICTUM EST, jam per aliquantum temporis communionem suspenderat, DOLUIT, UT PRÆDIXIMUS, SE DECEPTUM; viribusque resumptis, a domno Papa absolutionem quaesivit etc. Hæc Hugo Flaviniacensis, quæ nescio, qua ratione Calmetus pro subscripta a B. Adalberone et Hermanno Wormatiensi pseudo-synodo laudare potuerit, cum nec de hoc,

nec de illo in iis ulla fiat mentio, verbum ullum. D

An forte asserta in iisdem Hermanni cum excommunicato rege communicatio subscriptionem illam indicare visa Calmeto est? Sed per hanc communicationem, non aliam, quam admissam ab rege per canones vetitam episcopatus Mellensis investituram indicari, manifestant tum iste contextus, tum quod ibidem mox addat Hugo: Doluit, ut prædiximus, se deceptum, quod referri nequit, nisi ad Hermanni de admissa investitura poenitentiam, quam præmiserat.

81 Nimirum Hugo num. 80 solum breviter in memoriam lectori reducit, quæ in duobus præcedentibus numeris dixerat, ac propterea eas voces interserit: Ut dictum est, Ut prædiximus. Dixerat autem, Herimannum in juventute sua ante episcopatum regis regisque fautorum consortia vitasse, quod mallet contentus esse mediocritate sua, quam ex iniquatione societatis factiosorum sperare majora. Hinc num. 80 dicitur in ipso primo suo ingressu Apostolicæ doctrinæ exequutor fuisse. Dixerat secundo, eundem in primo congressu, sive in adeundo episcopatu humanitus lapsus esse, investituram contra Canonum vetita a rege admittendo; ac proinde num. 80 eum arguit, quod communicasset cum rege, a cujus se, ut dictum est, jam per aliquantum temporis communionem suspenderat, nempe aulam vitando. Dixerat tertio, ipsum facti sui insigniter poenituisse, et de excessibus suis, id est, INCAUTE USURPATA EADEM INVESTITURA apud Romanum Pontificem se accusasse, et veniam meruisse. Quopropter num. 80 etiam subdidit: Doluit (de communicatione cum rege) ut prædiximus, se deceptum, viribusque resumptis, a domno Papa absolutionem quaesivit.

imo manifeste faciunt pro Herimanni

E

82 Præterea, si Herimannus summi Pontificis damnationi in conciliabulo Wormatiensi cum schismaticis Henrici regis fautoribus, testante Hugone, subscripserit, qui potuit idem scriptor de eodem episcopo post actam de investitura poenitentiam dicere: Satisque cavit imposterum a communionem ejus (Henrici) et fautorum ejus? Qui etiam ista?: In primo sane congressu (in admittenda investitura) passus est, quod fuit hominis, ut disceret in secundo, qui fuit EI JEGIS ET PERPETUUS, de Deo praesumere, non de se. Quid hæc sibi aliud volunt, quam Herimannum post actam de accepta investitura vetita poenitentiam deinceps solo Deo fretum, a schismaticorum communionem semper abstinuisse; quomodo abstinuit, si sæpe dicto Wormatiensi decreto in damnationem Romani Pontificis subscripserit? Enimvero iste Hugonis Flaviniacensis locus, non contra B. Adalberonis et Hermanni hac in re innocentiam, sed pro Herimanno militat. Ne longior sim, non magis ad Adalberonem spectat epistola S. Gregorii VII a Calmeto præterea laudata, in qua nullum quoque verbum legitur de Conciliabulo Wormatiensi. Ceterum insigne Herimanni elogium legi potest apud eundem Hugonem in laudato Chronico editionis Labbei pag. 258.

hac in re laude, nec obest S. Gregorii Epistola.

F

85 Porro, quæ videm ambo episcopi in eadem causa ad mortem usque constanter egerunt, eos non parum commendant. Bertholdus Constantiensis ab Hansizio tom. II Germaniæ sacræ pag. 180 relatus Adalberonem nostrum inter paucos Germaniæ episcopos numerat, qui cum Catholicis principibus S. Gregorii partes tutati sunt, simul atque constitit, Henricum in Romana synodo a communionem fidelium rescissum fuisse. Bertholdi verba ibidem

Ambo etiam inter praecipuos Ecclesiæ defensores

A *ibidem sic habent*: Quod cum in Germaniam insonuit, ei rex et sui fere omnes contradixerunt, et pro nihilo id prorsus habuerunt; et hoc regis solummodo complices et fautores. Cæteri, quibus mens sanior, non ita; ex quibus episcopi, patriarcha Aquilegiensis (*Singifridus, seu Sigewardus, qui ad schismaticos postea transiit*) episcopus Salzburgensis (*S. Gebehardus*), Pataviensis (*B. Altmannus*), qui et ipse cathedra sua pulsus est a rege, necnon Wurzburgensis (*B. Adalbero*) et pene omnes Saxonici; necnon duces, Rudolfus (*Suevia*), Bertholdus (*Carinthia*), Welf (*Bavaria*), et cæterorum regni primatum pars non modica, cum Apostolico non dubitanter sentiebant, qui prædictæ conspirationi interesse noluerunt; unde et dehinc a rege vocati ipsum devitabant, cum propter anathema, tum etiam, quod non maxime in illum confidebant. Rursus ad annum 1089 *ibidem ait*: In Teutonicis partibus quatuor episcopi in Catholica communione persisterunt, videlicet Wirzburgensis, Pataviensis, Wormatiensis, Constantiensis, sed et Metensis episcopus, quorum confortamento reliqui Catholici schismaticis a principio restiterunt.

a veteribus laudantur,

B *84 Nec minus ipsum, imo et Herimannum Metensem; a sua inter paucos probatæ fidei Germaniæ antistites commendavit sæpe memorati S. Gebehardi biographus in hujus Vita apud nos data in Appendice ad diem 16 Junii, ex qua sequentia accipe. Tempora nimirum tunc valde periculosa instabant, cum præter Christi athletam nostrum, dominum Gebehardum archiepiscopum Salzburgensem, Altmannum Pataviensem, Adilberonem Wirzburgensem, Herimannum Metensem, Meginwardum Frisingensem, præter hos solos quinque in toto regno Teutonico episcopus Catholicus inveniri non poterat. Paulus Bernriedensis in Vita S. Gregorii VII, cap. 6, in Opere nostro tom. VI Maii, pag. 125, Adalberonem cum eodem Hermanno accensuit veridicis et approbatis religiosisque viris, quos consulendos suasit dubitantibus, utrum pro Gregorio, an pro Henrico justitia steterit. Alium ex eadem Vita locum infra dabimus, ubi de restituto sedi suæ Adalberone agemus, aliisque supra laudato Bertholdo, dum de ejusdem obitu sermo fiet.*

C et Catholicis partibus constanter adhererunt.

C *85 Ceterum, cum ex dictis non lubeat mihi luctuosa illa tempora exponere, solum paucis ostendam, B. Adalberonis gesta a jam recitatis elogiis non dissonare. Eodem anno, quo Wormatiensis pseudo-synodus habita fuerat, ambo prædicti præsules, Schafnaburgensi rursus teste, in Paschate convenerunt cum Rodulfo Suevorum, Welfone Boioariorum, et Bertholdo Carentinorum ducibus, Sedi Apostolicæ addictis, contuleruntque consilia de reducendo ad officium rege, paceque Ecclesiæ et imperio restituenda. Adfuit etiam Adalbero eorumdem conventibus Ulmæ ac Triburiae, cui et legati Sedis Apostolicæ interfuerunt, et in qua multi episcopi, abbates aliique Ecclesiæ reconciliati fuere, eodem anno celebratis. Denique, ne longior sim, anno 1083, cum non posset ipsemet, per legatum suum adfuit, subscripsitque synodo Quindilburgensi, in qua tum alia utiliter decreta fuere, tum excommunicationis sententia adversus Guibertum antipapam, quem Henricus per schismaticos suos in Apostolicam Sedem, vivente Gregorio, intrudendum curaverat, et episcopus eidem antipapæ adherentes sollemniter promulgata est, ut discimus ex Bertholdo*

Constantiensi ad eundem annum, unde sequentia descripsi.

86 Hermannus rex (a Catholicis suspectus Henrico) in Quintiliburg Pascha celebravit, ubi et legatus domini Apostolici (Otto episcopus Ostiensis) in ipsa Paschali hebdomada generalem synodum cum archiepiscopis, episcopis et abbatibus, S. Petri fidelibus, sollemniter celebravit. Interfuit autem huic synodo Gebehardus, reverendissimus Juvaviensis archiepiscopus, item venerabilis Hartungus (alias Hartwigus) Magdeburgensis archiepiscopus cum suis suffraganeis. Item suffraganei Moguntiae sedis de Saxonia: nam Wirzburgensis (Adalbero) et Wormatiensis (Adalbertus) Augustensis quoque (Giwoldus) et Constantiensis (Gebhardus) de: Alemannia, qui que ipsi canonica necessitate impediti venire non potuerunt, per legationem suam se sancto concilio representaverunt, seque per omnia ejusdem synodi statutis assensuros, mandaverunt.

87 Deinde post alia, ut dixi, decreta sequitur ibidem: In fine autem synodi sententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata est in Guibertum hæresiarcham. Sedis Apostolicæ pervasorem, et in apostatas S. Petri, Hugonem Albanensem, Joannem Portuensem, exepiscopos, Petrum excancellarium. Item Leomarum Bremensem, Utonem Hildinesheimensem, Ottonem Constantiensem, Burchardum Basiliensem, Huzmannum Spirensensem, exepiscopos. Item in Wezilnem Moguntinum invasorem, Sigefridum Augustensem, Nortbertum Curiensem, in hos, inquam, et in omnes eorum complices inevitabilis sententia anathematis promulgata est. Hac pauca de B. Adalberonis fide et constantia in causa Ecclesiæ Dei perstrinxisse sufficiat, quæ ex iis, quæ propterea passus fuit, solide confirmantur.

AUCTORE C. S.

Adalbero per legatos subscripsit synodo Quindilburgensi,

in qua excommunicatio antipapæ etc. promulgata fuit.

E

§ VI. Beato exsulanti substituitur Meinhardus; hocque pulso, ille restituitur, ac denuo expellitur, et exsul moritur ac sepelitur Lambaci anno MXC.

E *andem, quam passim alii ejus temporis Germaniæ Catholici antistites constantiæ suæ mercedem sub Henrico IV tulerunt, etiam retulit B. Adalbero, e sua sede expulsionem. Sed quo tempore Adalbero? In hoc sede hallucinatum fuisse biographum in Vita recedenda, supra observavi. Poeta vero verbis, num. 72 jam datis, annum assignavit 1084, dicens:*

Beatus diu ante annum 1084 e sua civitate excessit,

Lustra bis octo super millenos quatuor annos Currebant, propria cum cessit Adalbero sede:

Nam sedis lustra pro totidem quinquenniis accepta conficiunt annos octoginta, qui annis mille et quatuor additi deducunt ad citatum annum 1084: at difficile capti est, quo pacto Adalbero, furentem in Catholicos præsules Henrico rege, tam diu in sede sua tutus permanserit. Certe jam inde ab

anno

AUCTORE
C. S.

anno 1078 suam Salisburgensem S. Gebehardus reliquit, ac forte etiam biennio citius Pataviensem B. Altmannus; de quorum primo consule Vitam in Opere nostro parte 1 tomi VI Junii in Appendice ad diem 16 ejusdem mensis; de altero Commentarium tom. II Augusti pag. 565.

in eaque non
amplius erat
anno 1077,
quo hæc ob-
sessa fuit;

89 Adhæc Adalbero diu ante annum 1084 non modo Henricum regem, verum etiam Herbipolenses suos, Henricianis partibus addictos, adversantes sibi habuit, quorum urbem Rudolphus, Sæviæ dux, a Catholicis principibus adversus Henricum rex electus, propterea anno 1077 frustra oppugnavit. Ita discimus ex Annalista Saxonie a Sigismundo Calles parte 1 Annalium Austriæ ad hunc annum 1077 relato, cujus Saxonis hæc ibi verba sunt: Mense Augusto rex Rodolphus Wirceburgenses Heinricum fidem servantes, et tam se (Rudolphum) quam Adalberonem episcopum suum, contemnentibus, obsedit etc. Consonat plane Conradus abbas Urspergensis in Chronico iisdem fere verbis ad eundem annum dicens: Collecto dehinc a Saxonia exercitu copioso, Rudolphus Wirceburgenses, Heinrico regi fidem servantes, et tam episcopum suum Adalberonem, quam se, contemnentibus obsedit. Jam igitur ab autumno anni 1077 sanctus Antistes e sua

B Herbipolensi sede excesserat, seu vi minisve pulsus ab Henricianis, seu sponte sua, ne eorumdem se furori exponeret.

non tamen
jam tum epi-
scopatu spo-
liatus fuit,

90 Verisimile mihi est, Adalberonem, non simul atque a sede sua exulare compulsus fuit, episcopatu quoque suo spoliatus, seu, ut ita loquar, ab Henrico exauctoratum fuisse; sed id primo factum, postquam Guibertus anno 1085 ejusdem regis opera in Romanam Sedem intrusus summum Pontificatum usurpaverat; nec ab alio tempore Poetam nostrum Beati expulsionem, quam ab eo repetiisse, quo eidem viventi suffectus fuit Meginhardus II. Verbis enim recitatis ibidem præmiserat ista:

Quidamque invasor iniquus,

Nomine Meinhardus, veneranda sacraria
pressit.

Porro Meinhardi in Adalberonis locum intrusionem ad annum 1085 signal Chronicon Wirceburgense e codice S. Galli a Baluzio editum, et ab Eckhardo tom. I Franciæ Orientalis inter Monumenta historica recusum, quod ad citatum annum 1085 sic habet: Meginhardus Wirziburgensis episcopus constituitur.

C
nec ante an-
num 1085 in
ipsius locum
intrusus Me-
ginhardus
est;

91 Alterum quoque Wirceburgense Chronicon, ex Ms. codice monasterii S. Stephani Herbipolensis ibidem vulgatum, initium quidem episcopatus Meginhardi cum manifesto, sive scriptoris, sive editoris errore anno 1093 illigavit, sed pro hoc legendum esse annum 1085, liquet ex eo, quod ibidem in Adalberone triennium sedis Meginhardo attribuat, vivente Adalberone, quem ejusdem Chronici auctor, anno 1090 obiisse, recte signavit. Item Meginhardus (inquit) fuit administrator ecclesiæ Herbipolensis per III annos, vivente Adalberone. Hæc adde monachum Erphesfordiensem in Additionibus ad Chronicon Lamberti Schafnaburgensis dicentem: MLXXXV Meginhardus quidam doctissimus, sed non secundum scientiam, Wirceburgensis ecclesiæ, vivente Adalbero (alias Adalberone) adhuc episcopo, substituitur. Adde denique et recentiorum Catalogum episcoporum Herbipolensium, in quo sic quoque legitur: Meinhardus II, comes de Rottenburg, multiplex vir eruditione conspicuus, pulso

Adalberone, ab Henrico IV episcopus nominatus est anno MLXXXV, die xxv Maii, Clemente antipapa contra Gregorium VII Ecclesiam invadente.

92 Waltramus ejusdem temporis schismaticus Naumburgensis episcopus in libro de Unitate Ecclesiæ, teste Sigismundo Calles tom. V Annalium Germaniæ pag. 850, B. Adalberoni nostro improbravit, quod hic, ne cum excommunicato rege communicare cogeretur, episcopatum suum sponte dimiserit, et in Weinspergensium munitionem se receperit. Ita schismaticus iste eximie fortitudinis argumentum maledicti loco objecit. At si beatus Præsul propterea sponte recesserit, magnam profecto laudem meruit; ex eoque factum colligitur, cur poeta illius ex sua sede excessum tam sero collocaverit, quia nimirum non de spontaneo exsilio, sed de ejusdem proscriptioe pro Henricum, deque intruso in ejusdem locum Meinhardo sermonem ibidem habuit. Ut itaque prædicta omnia concilientur, dicendus est B. Adalbero anno 1076 vel sequenti, sive Henricianorum minis compulsus, sive sua ductus religione, ne cum excommunicato rege communicare cogeretur, in voluntarium exsiliū (uti etiam fecit S. Gebehardus Salisburgensis archiepiscopus) processisse; deinde vero ab Henrico fuisse proscriptus; hæcque de expulsionem, non de spontaneo exsilio, locutus esse poeta.

D
at prior emi-
gratio illius
spontanea
fuit:

93 Locum, in quem voluntarius Exsul se tunc recepit, Calles ex Waltramo Weinspergensium munitionem appellat. Sed quæ hæc munio est, vel ubi sita? Nam biographus, poeta, alique Lambacum in Bavaria, sive in Superiori Austria, quod erat paternum ipsius prædium, ipsum secessisse, constanter affirmant. An castrum aliquod erat ejusdem familiæ maternæ? Regulam enim matrem ejus poeta ex potenti Francigenum gente Weinsberga natam canit; de qua vide dicta superius num. 20 et sequenti. Huc equidem propenderem, nisi suspicio aliunde esset, Lambacum alio nomine, nescio qua de causa, Weinspergam a Waltramo appellari. Suspiciandi ratio est, quod laudatus Calles, ibidem de Beati ex capta postmodum Herbipolensi urbe migratione agens, ex eodem Waltramo hæc recitet: In dilectum sibi Montem Vini (ita Weinsberg Latine dicitur) secessit; ibique anno ab Incarnatione Domini MXX obiit. Atqui constat, Adalberonem, non alibi, quam Lambaci diem suum obiisse, et sepultum esse, ubi hodieque quiescit, ut adeo aut Waltramus, et tempore et loco propinquus, hic vehementer errasse, aut Lambacum per Weinsbergam, et Vini Montem designasse omnino videatur. Ita omnia se recte habebunt.

E
secessus Lam-
bacum, forte
etiam Vini
Montem di-
ctum.

94 Lambaci in exsilio suo commorante Adalberone, Rudolphus, qui a Catholicis Germaniæ principibus adversus Henricum rex electus fuerat, ex vulnere in pugna ad Elstram fluvium, in qua hostes devicerat, accepto, anno 1080 mortuus est, eique anno sequenti suffectus Hermannus Lucemburgicus. Hic anno 1086 Henricianarum, ut diximus, partium urbem Herbipolim obsidens, cæso Henrici, qui accurrerat, hostili exercitu, cepit, suoque Episcopo, jam decennio exsulanti, restituit. Bertoldus Constantiensis, qui eidem pugnae interfuit, in Appendice ad Chronicon Hermannii Contracti hoc anno eam multis exponit, quæque ad rem nostram propius pertinent, sic refert: Itaque nostri, per misericordiam Dei victoria polita, in campo certaminis ea nocte castrametati

F
Cæso per Her-
mannum Lu-
cerburgicum
Henricianum
exercitu,

AUCTORE
C. S.

baecenses desiderio, quam religione ductum, ad sedem suam redire respuisse. Hoc ipsum etiam liquet ex illiusmet epistola anno 1089 data, Vitaeque edendae inserta, quae sic incipit: Altmano... Adalbero, Dei gratia Herbiapolensi ecclesiae praefectus, licet nunc violentorum manu injuste eiectus. Quomodo autem sic scribere ipse potuit anno 1089, si jam ab anno 1086, salute religione sua, eidem ad sedem suam liber patuerit regressus?

Anno 1090
die 6 Octobris

101 Perrexit igitur in fide constans Antistes apud Lambacenses suos commorari, apud quos et vita functus et sepultus est. Pauca vero, quae ab eo interim gesta novimus, supra retulimus; atque inter haec fuisse ostendimus Lambacensis ecclesiae dedicationem, post cuius sollemnitate narrationem subdit biographus, ad Beati mortem festinans: Secundo deinde anno beatus praesul Adalbero migravit ad Dominum. Poeta annum mortis illius, mensemque ac diem clarius expressit his duobus versibus:

Octobris sexto divina a Prole redemptus
Mille annos, deciesque novem cum volveret orbis.

B

Ex poeta ergo obiit ille anno 1090, die 6 Octobris. De tempore emortuali conveniunt aliquot melioris notae chronologi antiqui, alii aliis explicatiis, inter quos Conradus Urspergensis in suo ad eundem annum Chronico ait: Adalbero, Wirzburgensis, de sede sua jam diu depulsus, in Baioaria moritur, ibique in monasterio suo Lambach sepelitur. Praeiverant ipsi, tum alii, tum scriptor eidem Beato synchronus, Bertoldus presbyter Constantiensis in Appendice ad Hermannum Contractum, editionis Urstitti ad eundem annum breve quidem, sed insigne ipsi elogium texens, quale huc transfero.

Lambaci ex-
sul moritur
anno

102 Adalbero, reverendae memoriae Wirzburgensis episcopus, unus de antiquioribus episcopis, in causa S. Petri strenuissimus (adversus) Guibertum, et ejus complices, post multa pericula, persecutions et exilia, quae pro Christo libentissime passus est, in bona confessione diem clausit extremum in praedio suo, quod Laubac vocatur. Jam dedi supra num. 53, ubi de initio episcopatus ipsius egi, locum Annalistarum Saxonis, in quo idem annus, mensis ac dies assignantur, aliisque notae chronicae tam accuratae adduntur, ut nihil certius possit desiderari. Ne actum agam, consule dicta ibidem. Cum hisce omnibus apprimè etiam conveniunt biographus, ipsum secundo post dedicatam Lambacensem ecclesiam anno obiisse, dicens verbis num. 101 datis, si hanc dedicationem die 18 Kalendas Octobris anni 1089 celebratam cum Pezio legamus, secus, si cum Joanne abbate, anno 1088. Ut enim die 6 Octobris anni 1090 solum currebat annus secundus a 18 Kalendas Octobris, seu a die 14 Septembris anni 1089, ita eodem die Octobris anni 1090 currebat annus tertius a dicto die 14 Septembris anni 1088. Haec annotasse juvabit, ut hinc etiam solide confirmetur, quae de dedicatione ecclesiae Lambacensis anno 1089 affigenda superius disserui.

episcopatus
sui quadra-
gesimo sexto,

105 Ceterum de die emortuali biographus quoque consentit, in Libello Miraculorum apud me num. 57 asserens, anniversarium ipsius Beati diem apud Lambacenses coli solitum octava die Angelorum, quae die 6 Octobris celebratur. Consentit denique etiam recentior Catalogus episcoporum Herbiapolensium, a me jam crebro laudatus,

qui ejusdem elogium claudit his verbis: Restitutus (in episcopatum suum) iterumque eiectus, in monasterium Leimbacense secessit, ibidemque post xlv annos varia fortuna in episcopatu actos cum fama sanctitatis obiit anno mxc, die vi Octobris, majorum suorum in tumulo in dicto monasterio illatus. Quadraginta quinque in episcopatu exactos annos, quibus annumerandi sunt, quos in exsilio exegit, atque interim substitutos habuit, Meginhardum et Enehardum, ei etiam tribuit anonymus monachus Erphesfordiensis in Additionibus ad Lambertum Schafnaburgensem. Ejus verba accipe: Adalbero Wurtzburgensis episcopus obiit. Vixit autem in episcopatu annos xlv, menses iii. Sed omnium accuratissime ejusdem sedis tempus signavit Annalista Saxo, cujus verba recitari num. 55, cuique plane consonat Chronicon Wirzburgense Baluzianum apud Eckhardum in Historia Franciae Orientalis tom. I, pag. 815.

etate gravis
et meritis,

104 In hoc ad eundem annum 1090 pariter legitur: Domnus Adalbero, xx post beatum Burchardum sacrosanctae Wirzburg, ecclesiae episcopus, iii Kal. Julii constitutus, vixit in episcopatu annos xlv, menses iii, dies vii. Obiit ii Nonas Octobris. Ini, si placet, computum, exactissimum reperies, ut jam dixi loco mox citato. Ex dictis collige, Adalberonem, qui, ut jam alibi observavi, nusquam legitur admodum juvenis ad episcopatum pervenisse, quem tribus supra quadraginta quinque annos mensibus tenuit, octogonarium circiter, ac forte etiam paulo majorem fuisse, dum obiit. Certe grandævum illum mortuum esse, indicant Bertholdus Constantiensis, et poeta noster, a quorum primo unus de antiquioribus episcopis vocatur, ab altero fessus tardusque senilibus annis obiisse asseritur. Magni Viri laudes per hujus Commentarii deursum ex vetustis scriptoribus jam recensui, inter quos ipse quoque, qui cum pessime oderat, Waltramus schismaticus episcopus Naumburgensis fidem et invictam constantiam, dum maledicere conabatur, vel invitus celebravit; ac praeterea, teste Sigismundo Calles, alio in loco fassus est, eundem praecleariorem fuisse ceteris suae partis (Catholicae) episcopis et nobilitate pariter et scientia, ac religione simul et aetate, utpote, qui jam obierit quadragessimum annum ordinationis suae.

ibidemque se-
pultus claret
miraculis.

105 Sepultus autem est in sua Lambacensi ecclesia, in familiae monumento, quem locum sibi elegerat, tum ut in monasterio a se condito, sicut olim juvenis promiserat, supremam carnis resurrectionem exspectaret; tum ut impleret omen, quod e lapsa ex episcopali suo annulo, dum eandem ecclesiam consecrabat, gemma ceperat, ad populum conversus dicens: Haec requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam; uti legitur in Vita recedenda num. 51. Non defuisse ad ipsius sepulchrum miracula, auctor poeta est, Vitam metricam sic claudens:

Praemia nec meritis hic desunt, namque mira-
raclis
Non dubiam testata fidem monumenta reful-
gens

Optatanque aegris reddunt consulta salutem.
Quae tamen haec miracula fuerint, non explicat; forte tamen non alia hic indicavit, quam quae ex anonymo ejusdem B. Adalberonis biographo recitabimus; verum hic, praetermissis antiquioribus, solum recensuit ea, quae suo tempore sub finem

A *fnem sæculi XII, et inchoato XIII contigisse compererat.*

Epitaphia de illo inventa in codice Lambacensi

106 Hieronymus Pexius tom. II Script. rerum Austriacarum, post Vitam metricam, Rhythmumque, Antiphonam et Orationem, de quibus consule hujus Commentarii § 4, tria edidit B. Adalberonis epitaphia metrica ex cod. Ms. Lambacensi, quæ tamen, an unquam ipsius tumulo inscripta, aut publice appensa fuerint, non edicit; quod nec mihi verisimile apparet. At quæcumque sint, ea accipe. Primum sic habet.

En pater electus Adalbero pulvere tectus,
Virtutum cumulo vivit in hoc tumulo.

Vivere dicendus, nec erit sub morte tenendus,

Cui, dum vivebat, vivere Christus erat.
O Pastor qualis! O gloria Pontificalis!

O lux Ecclesiæ, gemma, decus patriæ!

Herbipolis gaude, tanto de Præsule plaude;
Nos celebrare pias sufficit exequias.

Octobri nona datur expectata corona,

Dum via grandis eum transtulit ante Deum.

In penultimo versu manifestus est error chronologicus: nemo enim veterum aut etiam recentiorum scripsit, B. Adalberonem die IX Octobris obiisse, sed omnes, pridie, vel II Nonas, seu die VI Octobris. Si epitaphii auctori incommodum erat verum illius mortis diem suo versu exprimere, omittere præstabat, quam falsum signare.

subinde vitiosa.

107 Alterum, quod ibidem sequitur, etiam magis vitiosum est. En illud.

Hic jacet in tumba Adalberonis beati

Corpus, Fundatoris nostri, ac Herbipolensis Præsulis, qui signis claruit multis, quoque annis

Mille transactis obiit denisque peractis.

Ad ultimum versiculum observat ista editor Pexius: Verbum DENIS inductum est in Ms., et supra id hic numerus 19 legitur. At vel sic vitiosus annus mortis exprimitur, qui, ut qualicumque carmini adaptaretur, sic potius indicandus erat:

Mille transactis obiit denisque novenis.

Constat enim ex dictis, beatum Episcopum, non anno 1091, sed 1090 obiisse. Tertium denique ibidem tale est:

Quicumque has nostras peregrinus tendis ad aedes,

C Hancque meam tumbam noscere forte volens:

Sum comes ex Lambach, cui nomen Adalbero quondam,

Inclytus et præsul Herbipolensis eram.

* i. e. Herbipoli

Heinricus caesar Francorum depulit urbe*,
Pontificem summum quando secutus eram.
Hinc ego sub patriæ cogebam pergere fines,
Fundavi hocque sacrum monte monasterium.

Quod, rogo, si poteris, parvo cum munere dones;

Ut tibi sidereum det Deus ipse polum.



VITA,

Auctore anonymo monacho
Lambacensi sæculi XIII
inchoati,

Ex editione Hieronymi Pexii
tomo II Scriptorum
Rerum Austriacarum.

PROLOGUS.

Inter cætera rudimenta sua Apostolus ait: « Christus heri et hodie, ipse et in secula seculorum a. » Et Joannes: « Qui erat, et qui est, et qui venturus est. » Per hæc tria distinctionis membra, tria intelligimus tempora, præteritum, præsens, et futurum, per quæ mundus partim evolutus est, evolvitur et evolvetur. In præterito enim tempore, post patriarcharum et prophetarum, ante Legem, et sub Lege, glorificationem, Christus Apostolos vocavit et justificavit, martyres sanguine purpuratos coronavit, confessores, heremitas, anachoritas, qui carnem suam crucifixerunt cum vitis et concupiscentiis, in gloria æterna beatificavit, virgines felici consummatione assumpsit, denarioque vitæ remuneravit. Hodie autem, id est, in præsentem tempore, usque ad novissimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, cottidie non desinit vocare, quem vult, justificare, quem vult, beatificare, quem vult, signis clarificare, quem vult, ut restaurentur ruinae, et ædificentur muri Hierusalem, donec impleatur numerus electorum in superna felicitate locandus, qui numerus soli Deo est cognitus, de quo Johannes ait: « Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat b. » et ipse ait: « Reliqui mihi » septem millia virorum, qui non curvaverunt » genua ante Baal c. » Finitum pro infinito d. Sic, sic ludit in humanis divina potentia rebus. Mundus in maligno positus est. Et mundus in immundo nequit ullus vivere mundo, nisi, quem Deus elegerit de mundo, et posuerit, ut erat, et fructum afferat: tamen non minus potest Deus nunc, quam tunc, non minus sanctificat, quem vult, nunc, quam tunc, ubi vult, et quando vult.

2 Pleraque Sanctorum Gesta, Vitæ et Passionum eorum inveniuntur in Gestis Pontificalibus, pleraque in Ecclesiasticis Historiis, pleraque in authenticis Cronicis. Ibi omnia, flores e et lucernæ ecclesiarum, qui suo tempore fulgebant in Ecclesia, ut sol et luna, ut splendor firmamenti, illustri stylo depinxerunt, et posteris memoriter et æternaliter retinenda tradiderunt. Philosophi, ut humanæ sapientiæ tutius liberiusque studerent, omnia sua quidem ex eis f reliquerunt; omnem conatum, omne desiderium suum ad discendam, postea ad docendam sapientiam transtulerunt; cursus, vias, virtutes siderum

Malta Electorum Dei gesta

a

E

b

F

c d

multi scripserunt, alii profana et parum utilia

e

f

AUCTORE ANONYMO.

siderum rimati sunt; terrarum spatia, et cætera hominibus incognita sollerti investigatione perdidicerunt.

Sic sua gentiles studuerunt ficta poetæ Grandisonis pompare g modis, tragicoque boatu;

et ritu magistro h, pulchra mendacia sua, parum posteritati profutura, pulchris enigmatum adumbrare et includere figuris. Alii res gestas regumque, ducumque, et tristia bella, ceterasque mundi vanitates et lenocinia operose conscripserunt, et proinde nil aliud, nisi laudes humanas meruerunt, ad postremum vero spes suas fabulis, animas tumulis tribuerunt.

noster fundationem monasterii Lambacensis gestaque ac miracula B. Adalberonis tradit.

3 Laudamus veteres, sed nostris utimur an-

nis. Cur miseri Christiani salutem, quam operatur Deus in medio terræ secus eos, immo in eis, gratiasque sanitatum, quas indes et vident et experiuntur, turpi et inertis somno desidia et incuriæ depressi, negligenter æterna molliuntur oblivione tumulare, quas ipse vult ad laudem nominis sui toti mundo radiare? Sed, quia generatio præterit, et generatio advenit, ne volubilibus annorum curriculis desidiosa, quæ istius temporis facile subrepat hominibus, negligentia posteritas post successura oblivioni tradat originem Lambacensis cœnobii, fundatores ejus, quibus summam et æternam debemus reverentiam, insuper signa et miracula, virtutesque sanitatum, quibus misericordia Domini, qua plena est terra, tumultum beati patris nostri, episcopi Adalberonis, illustravit, dignum posteris commendare duximus i, ne isto terribili multemur elogio: « Qui ignorat, ignorabitur k. » Et Propheta: « Væ mihi, quia tacui l. » Digne enim in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transit angelorum.

B

i

k l

ANNOTATA.

a Ad Hebræos cap. 13, v. 8. Jesus Christus heri et hodie: ipse et in secula.

b Apocalyp. cap. 7, v. 9.

c Ad Romam. cap. 11, v. 4.

d Joannes abbas Lambacensis habet: Ponens numerum finitum pro infinito.

e Idem: Quæ ibi ommissa, ea viri illustres, flores etc.

f Idem omisit: Quidam ex eis.

g Idem: Ornare.

h Idem: Magnifico.

i Hic unus ex locis est, ex quibus § 1 conclusi, hujus Vitæ scriptorem fuisse monachum Lambacensem, eundem etiam esse auctorem Libelli miraculorum, quem post hanc Vitam recenset.

k Epist. A ad Cor. cap. 14, v. 38: Si quis autem ignorat, ignorabitur.

l Isaie cap. 6, v. 3.



D

CAPUT I.

Beati Adalberonis illustres parentes et consanguinei: pia pueritia: institutio primo Herbipoli, deinde Parisiis; reditus Herbipolim: ad episcopatum electio: secessus Lambacum.

Igitur a, sicut veridica veteranorum tradit assertio, erat quidam comes, Arnoldus b nomine, qui castrum opinatissimum in Lambacensi loco, sicut ipse situs curiosos inspectores edocet, juxta fluvium, cui vocabulum Truna d, inhabitabat; ubi vectigalia et tributa secundum antiquam legem a transentibus solvebantur, quæ et posteris inibi commorantibus legitimo jure, quo ad se transmissa erant, reddenda reliquerat, licet modo per incuriam intermissa sint. Hic ex Regia nobili uxore, ex Francia Orientali oriunda, plures suscepisse filios fertur, de quibus nunc non est dicendum per singula; paucos tamen propter seriem narrationis prosequi, non contemnenda cogit nos ratio. Habebat filium, nomine Gotfridum, dignitate marchionem, virum strenuum et fortem, virum rebus bellicis aptissimum, crebris præliorum successibus fortunatum, qui, ut decuit juvenile decus,

Ex Arnolde et Regia natus Adalbero, Gotfridum virum bellicosum,

a b c d

Gaudet equis, canibus e, et aprici gramine campi,

e

5 Cujus ditioni cum redivitibus circumjacentibus serviebat Putina, urbs inclyta et famosa, quæ quasi metropolis et mater civitatum versus Pannoniam ad Australem plagam ad arendos hostiles Pannoniorum incursus et devastationes antiquitus constituta fuit f. Magnæ etiam nobilitatis et ingenitatis secundum seculi dignitatem habebat filiam g, quæ nupsit Ekkeberto comiti, cujus castrum, Niwenburc h dictum, in ora Eni fluminis est situm. Huic post felicem fratrum excessum in sortem dotis urbs Putina cum omnibus ad se pertinentibus cecidit.

fratrem habuit, sororem Ekkeberto comiti nuptam;

f g h

6 Beata itaque Regia, benedictionibus dulcedinis præventa, de benedictionibus concepit et peperit filium, Adalberonem dictum i, benedictum a Domino fructum, in quo benedicenda fuit omnis tribus et parentela sua, utpote qui de stirpe sancta descendisset. De radice enim bona nascitur omne bonum. Mox mirum in modum Filius sapiens gloria cœpit esse patris, gradatim de virtute in virtutem ascendens, seculi blandimenta despiciens, Christo rectore. Christo duce, sic transiens per bona temporalia, ut non amitteret æterna. Necdum tamen emensis infantia annis, igne Sancti Spiritus spirans, anhelare non desuit ad regnum vitæ perpetis, omnia regna mundi et gloriam eorum parvi pendens, spurcicias diaboli impolluto calle transiens, sacramenta militaria execrans, totum se arbitrio Domini et voluntati mancipans.

ipse etiam puer, pietati addictus,

i

7 Pater autem pius, considerans piam et irrevocabilem

A vocabile in Filio constantiam, veritusque Dei incurere offensam, si eum a bono retraheret proposito, communicato cum suis senioribus et sanioribus consilio, Filium suum, primæ ætatis flore nitentem, Herbigopolim usque perduxit, eumque, secundum quod canonum et decretorum edocent scita, Deo, et Sanctis ibidem quiescentibus, in æternum militaturum obtulit; addito, quo in Franconia abundabat, patrimonio, sub pontificis, qui tunc cathedræ Herbigopolensi præfuit *k*, sub cleri plebisque testimonio. Ad rudimenta litteralia dispositus in brevi spiritu sapientiæ et intellectus adeo affatim est imbutus, ut omnes mirarentur super doctrina et responsis ejus. Ubi vero annos adolescentiæ intravit, cum consilio, conniventia auctoritateque pontificis sui, assumptis aliquibus sodalibus, Parisius pervenit; ubi tunc, sicut et nunc, omnium floruit peritia artium; ibique dulcibus abundanter theoriæ refectus fructibus, sapientia plenus

B Herbigopolim est regressus.

8 Erat *l* ei comes ac socius itineris Gebehardus, vir venerandus, vir dilectus Deo et hominibus, qui providentia Dei electus et ordinatus Salzburgensis archiepiscopus *m*, monasterium in honore beati Blasii, episcopi et martyris, quem sibi speciali prerogativa elegit et prece continua adoptavit patronum, inter montana, unde et ei *AD MUNT* *n* vocabulum indidit, fundavit; illud etiam sufficientibus Fratribus cumulavit, quibus necessaria tam large administravit, ut terrenis divitiis cælestes adipisci largitate eleemosynarum possint: ubi insuper in pulvere mortis feliciter obdormiens, novissimam expectat tubam ad resurgendum *o*. Nam regularis disciplina et antiqua patrum veteranorum scita adeo ibi jugiter exercentur et observantur, ut Fratres Dei laudibus insudantes, cunctis ubique terrarum positus exemplo sint virtutis et salutis, ut merito de iis dicatur: « Videant opera » vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, » qui est in cælis *p*. »

9 Habuit *q* præterea alium comitem, Altmanum videlicet, virum omni morum honestate donatum, omni laude dignissimum, virtutibus et signis ditatum, qui nutu Dei cathedra pontificali Pataviensis ecclesiæ sublimatus, tam gloriosam, quam religiosam vitam duxit, et mors ejus nihilo minus pretiosa in conspectu Domini extitit *r*. Hic monasterium in monte Gotewico in Austria sub honore Dei Genitricis et perpetuæ Virginis Mariæ constituit *s*, quam sibi unicum præ cæteris Sanctis elegit asylum, et patronam, clementia et misericordia plenissimam. Ibi etiam rogatu ipsius, migrans ad Dominum, tumulatur *t*, cujus sepulchrum frequentibus illustratur signis *u*.

10 Aliquibus vero elapsis diebus, vel annis, præsul *x* Herbigopolensis ex hac decedens migravit ad Dominum. Ordinate itaque eo, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, vicinorum præsulatum episcopi, universi ipsius præsulatus prælati, principes et primates, patroni regionum, tribuni et optimates, clerus et populus utriusque sexus et ætatis, a minimo usque ad maximum, uno ore, unanimi consensu, pari voto, vociferant, clamitant, Adalberonem episcopatu fore dignissimum. Quid multa? Canonicè a cunctis eligitur, electus Ecclesiasticis justitiis *y* stabilitur, stabilitus tempore opportuno consecratur *z*, consecratus satis optime

sapienterque in episcopatu conversatur, curam ejus in his, quæ sunt ad Deum et homines, decentissime administravit, vitam irreprehensibilem duxit, pater orphanorum, solator et recreator pauperum, judex viduarum, defensor extitit pupillorum.

11 Adeo enim dilexit justitiam, et odivit iniquitatem, tam in spiritalibus, quam in secularibus judiciis, ut putares Psalmistam de eo dixisse: « Misericordiam et iudicium cantabo » tibi *aa*; » ut referas misericordiam ad spiritalia, iudicium ad secularia. De priori enim dicitur: « Estote misericordes, sicut et Pater » vester misericors est *bb*: » de sequenti vero: « Juste iudicate, filii hominum *cc*. » Duo porro dignitatum insignia gerit episcopus Herbigopolensis; præsulatus videlicet, et ducatus, sicut in his versiculis dicitur:

Pontificem, pariterque ducem, stola signat et ensis:

Jure suo tenet ista duo locus Herbigopolensis *dd*.

Ita dextera Dei exaltatus, strenue et gloriose curam episcopalem administravit usque ad tempora schismatis, quod tunc inter imperatorem Heinricum, et filium suum ortum est *ee*. Sed de his postea. Nunc vero, qualiter institutio Lambacensis cœperit, breviter dicendum.

12 In *ff* primitiva Ecclesia, cum post apparitionem benignitatis et humanitatis Salvatoris nostri Dei aurea et argentea illuxissent secula, plerique fidelium, sectatores honorum operum, vitam istam transitoriam et caducam considerantes, de qua dicitur: « Vanitas vanitatum, et » omnia vanitas *gg* », mansura et æterna totis desideriis anhelantes, Christum hæredem patrimoniorum suorum constituerunt. Nam ecclesiis impendiis suis construxerunt, monasteria fundaverunt, res suas, redditus, possessiones Christo famulantibus contulerunt, pro quibus memorias et glorias æternas meruerunt, insuper thesauros et divitiis cælestes adepti sunt. Nunc vero, quia ultima de Superis terras Astræa reliquit, et ferrea secula nimis invaluerunt, invalescendo fere ubique prævaluerunt.

13 Regnat avaritia, regnant, dominantur avari, divites egent et esuriunt rapinam, non justitiam, quorum animi sunt, velut

Hamus, avarus, edax et rete capacius orbe, Omnia cum capiant, insatiantur hiant.

Casas in honore Dei constructas destruunt, et indies demoliri nituntur, possessiones, decimationes Deo famulantium invadunt, rapiunt, comminuunt, hostiliter, violenter, incessanter, nec Deum, nec hominem verentes. Hinc est, quod ubi ecclesias dirutas videmus, ruinas infinitas cernimus; et, ubi prius gloriosa claruerant cœnobium, nunc qualescunque aspiciamus ecclesiolas, et plebeia conventicula pro Religiosis conventibus, in sanctitate et justitia Deo servientibus.

14 Arnoldus itaque comes, cujus in primordio narrationis fecimus mentionem, cujus gratia et ista prælibavimus, pro terrenis cælestia, pro parvis magna, pro caducis sempiterna adipisci desiderans et anhelans, uxore viduatus, filiis et hæredibus (excepto Wirzburgense episcopo Adalberone) orbatus, castro suo, in Lambacensi loco sito, destructo, monasterium in honore beate Dei Genitricis Mariæ construxit, ut, ubi erat domus exactionis, ibi fieret domus orationis

AUCTORE ANONYMO.

misericors ac justus optime gubernavit.

aa

bb

cc

dd

E

ee

Auctor prisca Ecclesiæ tempora laudat.

ff

gg

sua deflet.

F

Beati pater fundat cœnobium clerico-rum in Lambach.

AUCTORE
ANONYMO.

tionis, et ubi pridem illicita commercia, Christi deinceps frequentarentur mysteria. Aggregavit præterea (sicut seniorum percepimus relationibus) XII clericos, non cœnobiali lege in cœnobia degentes, sed in vicinia claustrum circumquaque in singulis tuguriis commorantes, deputatis eis, prout cuique opus esset, necessariis. Certis enim et statutis temporibus, vel horis, ad monasterium Divina acturi veniebant; quibus peractis, ad sua remeabant, suis inclusi cellulis *hh*.

hh
Turbato in Romano imperio

45 In diebus illis incensor nequitiae et omnium malorum, caput et initium omnis peccati et jurgiorum, hostis pacis et concordiae, disseminator et amator discordiae, dolens et invidens pacis et quietis gratiam imperio Romano et Christianis tunc temporis arrisisse, suscitavit rixas et dissensiones odiaque inter imperatorem Heinricum, qui Romanae reipublicae praefuit, et Heinricum filium ejus, in tantum, ut regnum paternum omnimodis affectaret, eumque omnibus conatibus, tum clam, tum palam, impugneret, et animum ejus, oblitus paternae reverentiae, indies exacerbaret. Tum vero asscisit sibi arte pestifera patris secretarios, cubicularios, consiliarios, duces, tetrarchas, palatinos, universique regni principes: et alios quidem emolli blanditiis, alios impetit minis et terroribus, illos nefandis suggestionibus, illos verbis ad deprecandum compositis et muneribus, illis praediorum et beneficiorum copiam, illis urbium et castellorum eminentiam, et, quod magis corda sitiunt mortalium, infinitam thesaurorum pecuniam promittit et offert. Nam

Dulci gaza sono citharizat in aure potentum;
Tam suavem nescit musica tota sonum.

rerum statu,

46 Quid enim? Nihil opertum, quod non reveletur, neque absconditum, quod non sciatur. Tum in lucem prodeunt insidiae; regnum invaditur, crematur, spoliatur: pater senior a filio calumniis attenuatur acriter, inhumane, crudeliter. Cerneret ibi impletum, quod Veritas aliquando praedixerat: « Quia surget gens in » gentem, et regnum adversus regnum, et in » surgent filii in parentes *ii*. » Et illud: « Omne » regnum in seipsum divisum desolabitur. » Sic imperator imperatoria majestate et dignitate privatur; sic filius patrem armis et universis agminibus, non reveritus canos multi temporis, depilavit. Quid plura?

*ii**kk*
altis episcopis
alio fugientibus,

Expulit illatis patrem crudeliter armis *kk*.
47 Apostolicus vero, qui tunc Romani culminis Pontificatum tenuit, audito nefando schismate et scelere, quod posset non solum Romanum imperium, sed etiam totum maculare disturbareque orbem Christianum, inito consilio, imperatori resistentes, filio inique consentientes et faventes, universosque complices suos, utpote operarios iniquitatis, dictata super eos sententia, excommunicavit *ll*. Tum omnis Ecclesiastica sublimitas, omnium graduum dignitas, cupientes Domino servire in sanctitate et justitia, nefas existimantes regiae, immo iniquae subdi clientelae, aut fugam iniere, aut diversis se injuriis sponte obtulere, aut in speluncis et exiguis sylvarum uniti tuguriis more bestiarum delituere; ut aliquando beatus Blasius et S. Sylvester fecere *mm*. Habebant enim praecipuum Domini: « Cum persecuti vos fuerint in » civitate ista, fugite in aliam *nn*. »

*mm**nn**oo*

48 Fervente *oo* itaque persecutionis saevitia,

episcopus Adelbero, cum nequiret et nolle nefariae contraire potestati, horrens etiam communicare excommunicatis; magis vero metuens offensam Dei et Papae incurrere, si manus paricidis daret et homicidis, collecto cum suis consilio, elegit « abjectus esse in domo Domini, » quam habitare in tabernaculis peccatorum *pp*. » Contempta denique Pontificatus dignitate, reversus est in Bavariam ad terram patrum suorum; inveniensque haereditatem paternam fere exhaereditam, et spiritui consilii repente informatum, seipsum cum omni patrimonio ad cœnobium beatae Mariae transtulit, ad locum sibi dilectissimum, qui caros parentum suorum cineres, avi videlicet, patris et matris, fratrum, aliorumque consanguineorum, felici gremio foveret, et ubi (sicut hodie cernitur) requiem sibi in seculum seculi elegit.

Adalbero se
recipit ad
Lambacenses.*pp*

ANNOTATA.

a Huic primo capiti apud Pezium praefiguntur ista: Incipit de institutione Lambacensis cœnobii, et Vita Adalberonis episcopi: apud Joannem vero abbatem: De parentibus et vita B. Adalberonis episcopi Herbipolensis.

b De Beati parentibus, fratre, sorore etc. Vide dicta in Commentario praevio § 2.

c Adi praedicti Commentarii § 2, num. 19.

d Germanis die Traun, Austriae Superioris fluvius, qui ex cognomine lacu ortus, non longe infra Lentium se miscet Danubio.

e Rectius hic habet Joan. abb. Canibusque: nam et ita exigit carminis metrum, et sic legitur apud Horatium in Arte poetica, unde is versus acceptus est.

f Nunc castrum et oppidum est Austriae Inferioris, vulgo Pitten appellatum. Adi Commentarium praevium num. 22.

g Hanc fuisse nominatam Mechtildem, dicit in Commentario praevio num. 25, ubi etiam de illustri pioque ejusdem conjugis Ekkeberto quaedam annotata leges.

h Joan. abb. perperam: Nunenburg; est enim Neuburg, de quo hic, castrum in Bavaria Superiori, Scherdingam inter et Patavium in ora fluminis Oeni.

i Annum, quo natus Adalbero est, determinare non possum. Vide tamen dicta in Comment. praevio num. 24 et 104.

k Praeval tunc Herbipolensi ecclesiae episcopus Henricus I, vel, qui huic successit, Meginhardus I.

l Hisce utraque editio, velut tituli loco, praemittit: De Gebehardo archiepiscopo Salzburgerensi.

m S. Gebehardi, Salsburgensis archiepiscopi, gesta illustrata habes apud nos tom. VI Junii, in Appendice ad ejusdem mensis diem 16.

n Admontensis in Styria cœnobii fundationem leges in ejusdem S. Gebehardi Actis, loco mox citato.

o Vide, quae de Gebehardi, Adalberonis ac mox laudandi Altmanni in juventute sua de episcopatus obtinendis, condendisque monasteriis praesagio aliunde retuli in Comment. praevio num. 26 et duobus seqq.

p Matth. cap. 5, v. 16.

q In utraque editione tituli loco hic denu praefiguntur ista: De Altmanno episcopo Pataviense seu Pataviensi.

r Hujus

A r Hujus quoque beati Præsulis gesta dederunt Majores nostri ad diem 8 Augusti.

s Adi B. Altmanni Acta loco mox indicato.

t Redi ad Annotata hic lit. o.

u In editione Pezii sequentibus præmittuntur hæc : De obitu Wirzburgensis episcopi, et subrogatione episcopi Adalberonis; in editione vero Joann. abb. ista : De obitu Brunonis episcopi Wirzburgensis, et subrogatione divi Adalberonis.

x Apud Joann. abb. legitur : Bruno præsul etc., qui reipsa tunc erat Herbipolensis episcopus, obiitque anno 1043, ut videre licet in Opere nostro ad diem 17 Maii, ubi de eodem Sancto actum est.

y Apud Joann. abb. Ritibus.

z Hæc anno 1043 contigisse, probavi in Commentario prævio, num. 52 et seq.

aa Psalm. 100 v. 1.

bb Lucæ cap. 6, v. 56.

cc Psalm. 37, v. 2 : Recta iudicate, filii hominum.

dd Nimirum, quia Herbipolensis episcopus princeps est et dux Franconia.

B ce Indicat hic bellum inter Henricum IV Germaniæ regem, ejusque filium Henricum V, quem ille successori sibi nominaverat : at quam turpiter hic erraverit biographus, observavi in Comment. prævio § 3.

f In editione Joann. abb., non in Peziana, hic denuo præmittitur titulus : De institutione cœnobii Lambacensis in collegium clericorum sæcularium.

gg Eccles. cap. 1, v. 2.

hh Rursum in editione Joan. abb. hic sequitur titulus : De schismate inter Henricum imperatorem, et filium ejus, itidem Henricum, orto, et filium ejus, itidem Henricum, orto. Eadem fere habet Pezsius. Vide Annotata ad lit. ce. Quam ob rem ad sequentia, velut ad rem nil pertinentia, nihil aut parum annotabo.

ii Matt. cap. 10, v. 21.

kk Henricus IV anno 1105 tandem coactus fuit augustalia imperii insignia Henrico V filio suo tradere, annoque sequenti mortuus est. Nugæ ergo sunt, fabuleque, quas subdit biographus de causis exsiliæ B. Adalberonis, jam inde ab anno 1090 mortui. Mirum hæc a Mabillonio inobservata mansisse, dum hanc ipsam B. Adalberonis Vitam in Actis Sanctorum sui Ordinis exhibuit.

C Veram ejusdem beati Episcopi exsiliæ causam exposui in Commentario prævio §§ 5 et 6, quos consule.

ll Vide mox dicta lit. præcedenti.

mm S. Blasii episcopi et sociorum martyrum Sebastianorum quadruplicia Acta data sunt in Opere nostro ad diem 5 Februarii, quæ, si lubet, de his consule. De S. Silvestro Papa agetur ad diem 31 Decembris.

nn Matt. cap. 10, v. 25 : Cum autem persequerentur vos in civitate ista, fugite in aliam.

oo Joann. abb. præmittit hunc titulum : De reditu episcopi Adalberonis ex Franconia in Noricam regionem, et de mutatione clericorum sæcularium in Ordinem S. Benedicti : Pezsius vero solum istum : De transitu episcopi Adalberonis a Franconia in Noricam regionem. Recessit revera beatus Præsul e Franconia Lambacum, quod, ut dixi, nunc Austriæ, tunc Baviaræ ditionis erat; non tamen eo recessit sub Henrico V sæculo XII, quo tempore ille dudum desiderat vi-

vere, sed sub Henrico IV circa annum 1077, ut ostendi in Commentario prævio § 6.

pp Psalm. 85, v. 11.

CAPUT II.

Lambacensis monasterii, in locum clericorum substitutis Benedictinis, per B. Adalberonem fundatio et dedicatio : ejusdem Beati obitus et sepultura.

Videns autem antiquum patris institutionem in Lambacensi loco a constare non posse, Officia, tam nocturna, quam diurna, negligenter, nec suo tempore, celebrari; clericos ibi dispositos non tute a casulis suis posse egredi propter timores nocturnos; quia sæpenuero arcerent eos et includerent tempestates imbrum, coruscationes fulgurum; brumali vero tempore densitates nivium, sævitia nefandarum bestiarum, pericula latronum, et aliorum, quæ longum est enarrare, genera dispendiorum; asserebat insuper magis congruum fore, cœnobitam a secretis cœnobii, non rure, ad divina peragenda, absque periculis corporis, et timoribus humanis prodire. Super hac re consulit episcopum Pataviensem Altmannum b, præ cæteris sibi peculiarem et intimum amicum, in cujus diocesi locus ille situs est, ad quem etiam spiritalia spectabant, et, quæ de transmutatione clericorum animo conceperit, beato aperit viro. Approbat ille et commendat, dicens, hunc animum divinitus sibi inspiratum, bonum hunc cogitatum in acta posse procedere, dummodo Apostolici auctoritate ex omni parte roboretur. Tum vero legati ad id negotium idonei et honorati eliguntur, et Romam diriguntur; qui post itionis suæ causam expositam Papæ Gregorii c benivolentiam, conniventiam, auctoritatemque sollemniter reportant.

20 Et cum dies opportunus accidisset, beatus præsul Adelbero, sollemni spiritualium usus consilio, clericos semovit, monasticamque vitam d in Lambacensi cœnobio instituit; et, quicumque ex clericorum ordine ad hoc propositum transire voluissent, non prohibebantur, nolentes non cogebantur; necessaria tamen eis, quoad viverent, providebantur. Præfecit autem Fratribus inibi degentibus abbatem Ekkebertum, virum venerabilem, morum honestate Deo complacentem, qui postea occasione accepta humillimis obtinuit precibus, ut ipse abrogaretur e, et unus e Fratribus suis, Becemannus f subrogaretur. Qui adeptus abbatia dignitatem, sobrie, juste et pie vivens, curam ejus, quamdiu Domino placuit, administravit, beatoque fine ex hujus incolatu seculi ad Auctorem vitæ transivit. Cæterum, ne quis nos autemet novam elicere fabulam, non sequi veritatis regulam, Privilegii præsentis auctoritate thema narra-tiunculæ nostræ dignum duximus roborare g.

21 « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Adalbero, Dei gratia Wirzburgensis episcopus, notum esse volo omnibus » Christi

AUCTORE
ANONYMO.

Clericis Lam-
bacensibus a
patre suo fun-
datis

a

E

b

c

F
monachos
substitutit sub
abbate Ekke-
berto, ac de-
inde Becem-
manno.

d

e f

g

Recitatur in-
strumentum

AUCTORE
ANONYMO.

» Christi fidelibus, qualiter parentes mei ob sa-
 » lutem animarum suarum in loco Lambach di-
 » cto congregationem instituerunt clericorum ;
 » et qualiter ego hæres eorum factus, licentia
 » domni Apostolici Papæ Gregorii (qui et Hilti-
 » brandus *h*) pro hac in eodem loco congrega-
 » tionem substitui monachorum, consensu et
 » consilio parrochiani episcopi Bataviensis,
 » scilicet Altmanni *i*. Et quoniam communis
 » vita monachorum plus indiget, quam secula-
 » rium conventus clericorum, ad supplementum
 » eorum ex nostro adauxi fisco quatuor videli-
 » cet silvas, quarum duæ juxta Trunam *k* in
 » parte Aquilonari sunt sitæ; una mercato Wels *l*
 » inferior; alia superior. Inferioris vero hardis
 » memorarius erat Enzo; superioris autem har-
 » dis memorarius *m* erat Engizo. Ex altera autem
 » parte ejusdem fluminis Trunæ contra Meri-
 » diem duæ silvæ; una ad Buchenloch *n*, cujus
 » memorarius Bero erat; altera ad Etterwalt *o*,
 » cujus memorarius Ello erat. In his ergo silvis
 » solus abbas absque ulla contradictione pro suo
 » libitu habet potestatem evellendi, domos ædi-
 » ficandi, plantandi, molendinos faciendi, ve-
 » nandi, insuper, quidquid ad utilitatem Fra-
 » trum inde potuerit excogitari.

hujus funda-
tionis,*p**q**r**s**t**u**x**y**z**aa**bb**cc**dd**ee**ff**gg**hh**ii**jj**kk**ll**mm**nn**oo**pp**qq**rr**ss**tt**uu**vv**ww**xx**yy**zz**aaa**bbb**ccc**ddd**eee**fff**ggg**hhh**iii**jjj**kkk**lll**mmm**nnn**ooo**ppp**qqq**rrr**sss**ttt**uuu**vvv**www**xxx**yyy**zzz*Litteræ, qui-
bus B. Adal-
bero B. Alt-
mannum

22 » Addidi insuper, quantum mihi prædii
 » de patruo meo Arbone ad Zuisil *p* contigit,
 » et vicinum mercatum ad Wels; duo quoque
 » mercata in Francia *q*, unum ad Onoldesbach *r*,
 » ad Geroldshoven *s* alterum, cum omni utili-
 » tate ad ipsa pertinente, et parrochiam, quæ
 » dicitur Tutensteten *t*. Hæc omnia Ekkeberto,
 » venerabili abbati, commisi eo, quo ego hæc
 » jure habui, monasteriique curam potestative
 » habere feci. Hujus rei testes sunt Eberhardus
 » comes, Marchwardus, Gerungus, Ebo, Hein-
 » ricus, Zeizolf, Arbo, Porn, Nendingus, Archo,
 » Herrandus, Penno, Wermut, Arbo, Erchen-
 » bertus, Adalrammus, Altmannus, Adelbertus.
 » Actum est Ratisponæ anno m.vi. Indictione
 » viii. Episcopatus autem domni Adalberonis
 » xii u. Deinde *x* post aliquantum temporis ab-
 » batis Ekkeberti coactus piis petitionibus ab
 » hoc onere sibi imposito eum absolvi; sed ex
 » suis ille unum Fratrem, nomine Becemannum,
 » in hoc abbatiæ onus elegit *y*. Hunc quoque
 » pergens mecum illuc adduxi, eandemque
 » rem, qualiter antecessori suo commissa erat,
 » commisi.

23 » Cum autem hoc ipsum monasterium,
 » instauratum, a supradicto episcopo Altman-
 » no *z*, et a me pariter dedicaretur anno Domi-
 » nicæ Incarnationis m.lxxxviii *aa*, Indict. xii,
 » Epacta vi, Concurr. vi, xviii. Kal. Octobris,
 » anno ordinationis domni Altmanni xxv, mei-
 » que xlv, iterum et tertio hæc, quæ prius feci,
 » renovavi, tradens tunc ad altare S. Mariæ, et
 » S. Kiliani unam stabulariam curtem *bb* ad
 » dotem, simul cum his omnibus, quæ a me,
 » vel a parentibus meis, ante ad illud tradita
 » fuerant. Hæc, episcopali banno *cc* atque hu-
 » jusmodi anathemate ambo episcopi confirma-
 » vimus, ut, si quis hanc traditionem destruere
 » præsumperit, ligatis manibus et pedibus,
 » mittatur in tenebras exteriores; ibi erit fletus
 » et stridor dentium. »

24 Qualiter autem sollemnitas Dedicationis
 » sit percelebrata, paucis in sequentibus liquebit.
 » Beatus præsul Adalbero, ut effectui manciparet,
 » quod pio conceperat animo, literas episcopo

Altmano, amico intimo, transmisit, hæc con-
 » tinentes: « Altmano, patri sancto et venerabili,
 » sanctæ Pataviensis ecclesiæ digno præsuli,
 » Adalbero, Dei gratia Herbipolensi ecclesiæ
 » præfectus, licet nunc violentorum manu inju-
 » ste ejectus, Fontem vitæ sentire, et ad ejus
 » haustum pervenire. Quia, teste Propheta, in
 » manu Domini sumus, ut lutum in manu fi-
 » guli *dd*, et Figulus noster lutum in quamlibet
 » facit transire formam et imaginem, defectivam
 » tamen (quia debemur morti nos, nostraque;
 » et omne, quod est genitum, tendit ad interi-
 » tum; jamque canus enervitatem suam mun-
 » dus ad deteriora vergendo indicat, quam *ee*
 » indies deficiendo labitur, et lapsum defectio-
 » nis ruina insequitur) vereor affatim, ne nos
 » improvisos et imparatos fluctibus suis ingur-
 » gitet.

25 » Quoniam autem, dispensante Deo, quasi
 » postliminio paternæ hæreditatis solus relictus
 » sum hæres, satis multum pertimescendo me-
 » ditatus sum nocte cum corde meo, ne propter
 » varia rerum dispendia, quæ posthac superve-
 » nient universo orbi, et propter hominum post
 » futurorum inertiam, consecratio Lambacensis
 » cœnobii in longa tempora differatur, et dilata
 » intermittatur. (Scio enim, pater mi, quia justis
 » supplicationibus semper præsto es, et pia vota
 » intueris) propterea multa confidentia anima-
 » tus et roboratus peto, rogo, ut intuitu divini
 » timoris per industriam sanctitatis tuæ conse-
 » cratum *ff* vertatur in oratorium, quod pia
 » sollicitudo patrum meorum condidit monaste-
 » rium, ubi divinum jugiter adjutorium invoce-
 » tur, et Deus in Sanctis suis laudetur.

26 » Quamvis hoc per me fieri liceret, non
 » expedit quidem; vetant etiam decreta falcem
 » mittere in alienam segetem, ne usurpatio et
 » indiscreta invasio alienæ rei, aususque teme-
 » ritatis generet offensam, odium, aut schisma
 » in contubernio fraternæ unitatis. Felicem enim
 » me fore, existimo, si, me agente, me patran-
 » te, me marthantæ *gg*, tam sacratum perpetra-
 » tum fuerit negotium; tu felicior, si tua beata
 » opera ille, quem cæli capere non possunt,
 » locum sibi habitationis cum Sanctis suis hac
 » in æde delegerit. Qui te, ut pupillam oculi,
 » custodiat, et sub umbra alarum suarum pro-
 » tegat. Amen. »

27 Pius autem episcopus, visis literis, gavi-
 » sus est, et Amico dilecto literas transmisit
 » dilectione plenas, hunc tenorem continentes:
 » « Adalberoni, patri beato et venerando, sanctæ
 » Herbipolensis ecclesiæ antistiti per omnia di-
 » gno, Altmannus Dei gratia Pataviensis sedis
 » pontifex *hh*, licet indignus, in tribulatione non
 » deficere, in fide stare, viriliter agere. Ne circa
 » vilem patulumque morer orbem, literis san-
 » ctitatis tuæ visis, quasi de gravi somno sum
 » suscitatus, et adeo exhilaratus, ut mæror, qui
 » præcordia dudum cinxerat mea, admodum
 » sit mitigatus. Funiculo triplici, quem philoso-
 » phia manibus summæ discretionis et provi-
 » dentia tribus fidibus, fide scilicet, spe et cha-
 » ritate contextuit, in tantum nos connexuit,
 » consociavit, connivit sapienter, fortiter, salu-
 » briter, ut nullo erroris impulsu rumpatur,
 » etiamsi quovis impetatur periculorum et dis-
 » criminum turbine. »

28 » Hunc esse funiculum, puto, de quo
 » Sapiens quidam, FENICULUS, inquit, TRIPLEX
 » in quibus hic
 » illius precibus
 » annuit,
 » DIFFICILE

D

dd

ee

ad dedican-
dam Lamba-
censem ecclē-
siam

E

ff

invitavit;

gg

F

et ad has red-
ditur a B. Alt-
manno,

hh

A » DIFICILE RUMPITUR *ii*. Cum autem dicit DIFFI-
 » CILE, innuit, suum quoque modo posse rumpi
 » funiculum. Noster autem funiculus nunquam
 » rumpetur, dummodo fervor charitatis non
 » refrigescat, aut tepescat. Quid plura? Pa-
 » ratus sum tecum in carcerem et in mortem
 » ire; et quomodo juste petita negare tibi po-
 » tero, qui nil negans, vultum tuum honorare
 » semper paratus sum, et ero? Ego quidem,
 » sicut petis, sollemnitate dedicationis tecum
 » celebraturus venio; sed vereor, ne, dum mul-
 » torum nitimur militare compendiis, vertatur
 » in contrarium, et hoc a communibus alis, quæ
 » naturali quadam animi feritate etiam insoniti-
 » bus irrogare depilationis moluntur dispendia,
 » dum nostra opinantur tripudiare presentia *kk*.
 » His et aliis charibundum furis, quæ emergere
 » possunt,
 » In nostras curas area lata patet.
 » Sed ejus erit ea mitigare, cui servire
 » est regnare. Præx *ll* tua imperium est. Præ-
 » terea *mm* prudenter fecisti, quod faciem meam
 » honorasti, et legem meam diocesianam mihi
 » exequendam adjudicasti. Tamen si divinum
 » illud officium aggressus fuisses, parum in me
 » deliquisses; quia tecum sentio, tecum sum et
 » ero, tua facta per me sunt omnia protinus
 » alba. Quia vero juxta præceptum Domini ju-
 » bemur afflictis, in tribulatione positis, conde-
 » scendere, socios *nn* passionum fieri, flu-
 » ctuantes solari; moneo, suggero, suadeo, ne
 » deficias a disciplina Domini, et ne fatigeris,
 » dum ab eo argueris; quem enim Dominus di-
 » gigit, corripit, et quasi pater in filio complacet
 » sibi *oo*. Juxta est etiam his, qui tribulatio sunt
 » corde et humile spiritu salvabit *pp*. Gaude,
 » Pater mi, et lætare, quia dabit Deus his quo-
 » que finem, et dum minime credis,
 » Grata superveniet, quæ non sperabitur,
 » hora.
 » Deus Pater misericordiarum, et Deus totius
 » consolationis, consoletur nos in omni tribula-
 » tione nostra. Amen *qq*. »
 » 30 Paucis perinde evolutis dierum intersti-
 » tiis, mense octavo *rr*, eo videlicet tempore, quo
 » Judei festum scenopegæ s. celebrabant, hodie-
 » que celebrant, tempore illo, quo omnis proven-
 » tus totius anni in unum congregatur, unde et
 » Autumnus tempus illud appellatur (nam cornu
 » pleno copia tempus perfudit, fugit hoc inopia,
 » quo totus annus ludit) venit episcopus Altman-
 » nus Lambach, sicut citatus erat: præsul vero
 » Albero totus festivus et lætabundus occurrit ei,
 » excipiens eum cum laudibus, hymnis et cantici-
 » cis; acsi angelum Dei excepisset, ita in adventu
 » ejus jocundatus est, et, quod reliquum fuit diei,
 » vicaria et charitativa collatione expensum est.
 » Crepusculo autem alterius diei illucescente,
 » omnia ad diem festum pertinentia parata erant.
 » Jamque procedent ambo episcopi, suo tempore
 » pontificalibus induti, jam quasi deificati, Spiritu
 » Sancto præduce.
 » 31 Episcopus quidem Altmannus majus et
 » principale altare in honore beatæ Dei Genitricis
 » et S. Kiliani martyris sociorumque ejus conse-
 » crat; et hoc propter geminæ devotionis affec-
 » tum; tum propterea, quia pius pater Albero *tt*
 » episcopium Wirzburgense rexit; tum quia filius
 » ejusdem loci extitit *uu*. Altare vero, quod secun-
 » dum a principali locum obtinet, beatus præ-
 » sul Albero in honore S. Johannis Evangelistæ,
 » Octobris Tomus III.

*eumque ami-
 cissime lau-
 davit et so-
 latus est.*
ll
mm
nn
oo
pp
qq
Statuto die
Altmannus
et Adalbero
ecclesiam
Lambacen-
sem,
rr
ss
in qua hic
miro casu se-
pulturam sibi
eligit,
tt
uu

aliorumque Sanctorum, quorum reliquæ ibi
 sunt reconditæ, consecrat; et cum jam gerula *xx*,
 sacra gerens officula, loco confessionis impo-
 nenda esset, gemma pontificalis annuli elapsa
 thecam incidit confessionis. Levita autem, quasi
 novo experrectus miraculo, ut gemmam erue-
 ret, manum extendit. Episcopus vero clementer
 eum intuens, et *yy* aliquid divinum hac in re
 præsigium intelligens: Sine, inquit, fili, sine;
 conversusque ad clerum, et circumstantem popu-
 lum, digito designat locum. « Hæc, inquit,
 » requies mea in seculum seculi: hic habitabo *zz*,
 » quoniam elegi eam.»
 » 32 Omnis ergo ecclesia circumflua regionis
 convenerat ad Dedicationis diem festum, ad sacri
 exercitiū spectaculum, eratque quadrifidum
 hac die largitate divina tripudium. Pœnitentes,
 cujuscumque criminis rei, de absolutione et re-
 missionem peccatorum gratulabantur, pauperes
 de recreatione sua jocundabantur, omnis in
 commune ætas verbo salutis et doctrinæ saluta-
 ris ab ore utriusque pontificis feliciter hausto
 spiritali gaudio replebatur, de visitatione an-
 gelorum, in scala Jacob ascendentium et descen-
 dentium, exhilarata consolabatur, et quasi Do-
 minum summitati scalæ innixum cerneret, in
 sanctitate et justitia ei famulabatur *aaa*. Præ-
 terea, qui post Baptismi Sacramentum confir-
 mandi lege Christianorum erant, episcopis
 beatis ad confirmandum offerebantur, jamque
 signo victoriæ frontibus eorum unguine chris-
 matis indito, quasi in reges ungebantur, sicut
 prius in Baptismate oleo sancto in sacerdotes
 uncti sunt; ut adimpleatur, quod Petrus de
 fidelibus ait: « Vos estis genus electum, regale
 » sacerdotium. gens sancta, populus adquisi-
 » tionis *bbb*. »
 » 33 Hac etenim unctione percelebrata, sum-
 ma totius Christianæ religionis in nobis confir-
 matur, stabilitas fidei, prius novella et rudis,
 consolidatur. Est adhuc causa non contemnenda
 Confirmationis fidelium, ut videlicet invenian-
 tur in numero centum quadraginta millium, qui
 in Apocalypsi ab angelo in frontibus signati, a
 documento quatuor angelorum, quibus datum
 est nocere terræ et mari, segregantur *ccc*. Cer-
 neres ibi impletum, quod propheta ait « Cele-
 » bra, Juda, festivitates tuas, et redde Domino
 » vota tua *ddd*. » Videtur et poeta nobis ap-
 plaudere, jocundando ludens:
 » Salve festa dies, meliorque revertere sem-
 » per.»
 Sollemnitate itaque sollemniter sollemnizata, ab
 omnibus discessum est, gratia Dei usque ad con-
 summationem seculi ibi perdurante. Acta sunt
 hæc anno Dominicæ Incarnationis *MLXXXVIII eee*
 Indict. xii. xvii Kal. Octob. *fff*.
 » 34 Secundo deinde anno beatus præsul Adal-
 » bero *ggg* migravit ad Dominum, sepultus in
 eodem, quod dedicaverat, monasterio, eo in
 loco, quem demonstraverat digito *hhh*, patri-
 bus et paternis participans sepulchris in pace.
 Tertio itidem anno *iii* episcopus Altmannus ob-
 dormivit in Domino, tumulatus in monte Gote-
 wico, in monasterio, quod fundaverat *kkk*.

AUCTOR
 ANONYM.
xx
yy
zz
magna cum
sollemnitate
E
aaa
bbb
dedicant an-
no 1089.
ccc
ddd
F
eee
fff
Adalbero se-
cundo, et Alt-
mannus tertio
anno post
moriuntur.
ggg
hhh
iii
kkk

ANNOTATA.

a *Adi hujus Vite cap. 1; num. 14.*
 b *Fundationis, quam biographus hic enarrare*
incipit, charta, inferius referenda, signata est
anno MLVI; beatus autem Altmannus non ante
 60 annum

AUCTORE
ANONYMO.

annum 1065 creatus est Pataviensis episcopus; qua igitur ratione potuit B. Adalbero hunc, velut Pataviensem episcopum, anno 1056 consulere, ejusdemque consensum flagitare pro Benedictinis monachis in canonicorum Lambacensium locum substituendis? Si pro Altmanno biographus nominasset Engelbertum, ejusdem Altmanni decessorem, nulla fuisset difficultas. Vide dicta in Comment. prævio num. 57.

c *Aque infelix hic fuit biographus in Romano Pontifice, quam mox in Pataviensi episcopo nominando; nullus enim id temporis Romanæ Ecclesiæ præsedit Gregorius, sed Victor II. Biographus, ut infra videbimus, credidit, præsedisse tunc S. Gregorium VII; verum hic primum anno 1075 ad summum illum Pontificatus apicem ascendit. Redi ad Commentarium prævium num. 56 et seqq.*

d *Ordinis S. Benedicti, ut habet Poeta in Vita inferius danda, et aliunde certum est.*

e *De hoc primo Lambacensis cœnobii abbate consonat Catalogus ejusdem loci abbatum, quem ex autographo codice Lambacensi vulgavit Pezius B tom. II Scriptorum Rerum Austriacarum. Verba accipe: Ekkebertus primus abbas a beato Adalberone episcopo Lambacensi loco prælatus est, qui postea humillimis obtinuit precibus, ut hoc absolveretur jugo; et absolutus est, parvipendens ab hominibus vocari RABBI. At quamdiu hic præfuerit, non comperi.*

f *De hoc sic habet Catalogus mox laudatus: Becemannus, unus e Fratribus suis (id est, ex religiosis Ekkeberti subditis) auctoritate episcopi Alberonis (sic ibi legitur pro Adalberonis) et votiva Fratrum concordia petente, eligitur, durans usque ad finem. Sed in quem usque annum vixerit, non additur. Porro Becemanno mortuo suffectus ibidem dicitur Sigisboldus, qui (ut additur) plures rexisse abbatias fertur, inter quas et Medelicam tenuit. Vide, quæ ex hoc loco post Pezium observavimus in Comment. prævio num. 44 et seqq.*

g *In edit. Joann. abb. hic subditur: Litteræ fundationis.*

h *Designat S. Gregorium VII, qui ante Pontificatum Hildebrandus dictus fuit; verum hunc sive ab ipso biographo, sive ab alio quopiam inepto interpolatore, huic loco perperam insertum esse, collige ex mox annotatis ad lit. c, ac latius C ex Commentario prævio ibidem allegato.*

i *Quæ de intruso Pontificis Gregorii nomine dixi, eadem de Altmanni vocabulo hic dicta sunt. Relege Annotata ad hoc ipsum caput lit. b et c.*

k *Vide Annotata ad cap. 4, lit. d.*

l *Mercati varia significatio legi potest in Glossario Cangii. Hic usurpari videtur pro foro, seu loco nundinarum; nisi forte ea vox hic accipienda sit pro agro terræve spatio, certum auri vel argenti pondus, quod Marcam vulgo appellant, quotannis pendente. Porro Welsa, vulgo Wels, Superioris Austriæ ad Trunam oppidum est, quod ad Arnoldum, B. Adalberonis patrem, pertinuisse, in Commentario prævio annotavi.*

m *Id est, custos memoris.*

n *Ad hanc vocem sæpe laudatus Sigismundus Calles in Indice Topographico ad partem I Anualium Austriæ hæc annotavit: Sylva ad Trunam fluvium in parte Australi, juris Lambacensis: unde colligendum videtur, eandem silvam eodem nomine hodieque exstare, et ad Lambacense monasterium etiam pertinere.*

o *Laudatus Calles ad hanc vocem ibidem ait: D Olim ad Trunam fluvium Superioris Austriæ; ubi olim haud dubie addidit, quod is eo nomine non amplius exstet.*

p *Ad hanc quoque vocem Calles sic habet: Zwisila, Zwiselburg. Vide Wiselburg, de quo præmiserat: Wiselburg, olim Zwisela et Zwiselburg... castrum ad Erlafam fluvium in Austria Inferiori.*

q *In Francia, scilicet Orientali, seu Franconia, ex qua oriunda fuit Regila, B. Adalberonis gentrix.*

r *Onoldium, alias Onspachium, seu Anspachium, Germanis Onolzbach, Ohnsbach et Anspach dictum, Germaniæ oppidum cum castro est in Franconia, et cognominis Onoldini marchionatus caput.*

s *Geroldshofen apud Merianum in Topographia Franconiæ recensetur inter oppidula episcopatus Herbipolensis.*

t *Hic locus eo mihi nomine ignotus est.*

u *Omnes hæc notas chronicas et inter sese, et cum chronotaxi mea rectissime coherere, jam monui in Commentarii prævii § 5, atque hinc probavi, nomina Gregorii Papæ et Altmanni Pataviensis episcopi ab interpolatore quodam in hanc B. Adalberonis chartam fuisse intrusa.*

x *Hinc incipit altera instrumenti pars, priori multis annis post ab eodem beato Fundatore adita.*

y *In Catalogo abbatum Lambacensium verbis lit. f recitatis dicitur Becemannus non solo Ekkeberto, sed etiam, votiva Fratrum concordia petente, suffectus abbas fuisse.*

z *Recte hic nominatur Altmannus, qui tunc jam numerabat annum episcopatus sui vigesimum quintum; sed ex eodem, quem supra ad lit. i notavi, errore vocem supradicto biographus, vel quidam alter perperam adiecit.*

aa *Joan. abb. hic legit: Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIII. Sed cum Pezio legendum esse MLXXXVIII, probavi in Commentario prævio § 5, ubi et de ceteris adjectis notis chronicis egi.*

bb *Id est, arcam, seu locum, stabulis ad pecora pascenda instructum, vel diversorium.*

cc *Id est, edicto.*

dd *Jerem. cap. 18, v. 6: Ecce, sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel.*

ee *Rectius hic apud Joann. abb. Quoniam.*

ff *Ibidem vitiose: Consecratam.*

gg *Ibid. Procurante.*

hh *Fuerat etiam ipse B. Altmannus pro causa Ecclesiæ Dei e sede sua ab Henricianis deturbatus; sed anno 1082, faventibus Leopoldo et Otocaro, Austriæ ac Styriæ marchionibus, in eam episcopatus sui partem, quæ ab Anaso fluvio ad Orientem protendebatur, restitutus, alteram interrim partem primo Hermannio, deinde Tyemone, schismaticis intrusis, occupantibus.*

ii *Eccles. cap. 4, v. 12.*

kk *Obscure tropicæ phrasis, quam eodem modo tum in autographo Lambacensi, tum in editione Joannis abbatis legi asserit Pezius, hic sensus est: Vereor, ne, dum multorum compendio servare volumus, obsequium nostrum in nostrum damnum vertant communes inimici nostri, schismatici scilicet, etiam dum nostra præsentia se gaudere mentiuntur.*

ll *Obsoletum vocabulum prex, a quo precis etc. Prex ergo hic pro precibus ponitur.*

mm *Joann.*

A mm Joann. abb. Propterea.
nn Idem socii.

oo Proverb. cap. 5, v. 12.

pp Psalm. 55, v. 19.

qq Apud Pezium sequentibus præmittitur hic titulus: Qualiter dedicatio Lambacensis monasterii a duobus episcopis sit percelebrata. Apud Joann. abb. celebrata, cetera consonant.

rr Lege: septimo, sive biographus sic mensem Hebraicum, sive veterem Romanorum, seu mensem Septembrem, ut debuit, indicare voluerit, uti ex dicendis patescet.

ss Observat Pezium, in Ms. codice Lambacensi ritiose legi: Scenopheia; in editione vero Joann. abb. Scenop Regia. Est porro Scenopegia vox Græca, Latine Festum Tabernaculorum, quod Judæis celebrandum erat per Septem dies, a die 15 mensis septimi, qui lunationi nostri mensis Septembris respondet.

tt Joann. abb. Adalbero; monet tamen Pezium, in Lambacensi codice legi Albero, quod etiam in Libello miraculorum, seu studio, seu ex oscitantia, aliquando factum infra videbimus.

uu De SS. Kiliano ac duobus sociis, Franconiae apostolis, Herbipoli occisis et cultis, consule Acta nostra ad diem 8 Julii. Ceterum biographus hic allegat causam, cur Adalbero ecclesie Lambacensis altare princeps etiam SS. Kiliano et sociis dicari voluerit; quia videlicet in ecclesia Herbipolensi, in qua illi coluntur, et admodum juvenis educatus fuerat, et ejusdem episcopus erat.

xx Id est, arcula, sacras reliquias, altari de more inserendas, continens.

yy In editione Joann. abb. desiderantur ista sequentia: Et aliquid divinum hac in re præ sagium intelligens.

zz Id est, hic sepeliar, uti etiam factum est.

aaa Lege Genesis cap. 28.

bbb Epist. 1 Petri, cap. 2, v. 9.

ccc Apocal. cap. 7, vv. 2 et 5.

ddd Nalum cap. 1, v. 15: Celebra, Juda, festivitates tuas, et redde vota tua.

eee Apud Joann. abb. legitur: MLXXXVIII; sed supra cum Pezio ostendi, cum autographo legendum esse: MLXXXVIII.

fff Supra legebatur eadem sollemnitas peracta XVIII Kal. Octobris. Vide dicta in Commentario prævio num. 30.

C ggg Nempe anno 1090, die 6 Octobris.
hhh Redi ad num. 51 hujus capituli. Hac etiam ratione impletum est, quod B. Adalbero in juventute futurum prædixerat, ut conderet monasterium, in quo esset tumulandus. Ad Comment. prævium num. 27 et sequenti.

iii Obiit B. Altmannus anno 1091, die 8 Augusti; ac proinde non anno tertio post hanc dedicationem, sed secundo post unum mensem paucosque dies complendo, sive illa die XVIII sive XVII sive etiam XVI Kalendas Octobris anni 1089 contigerit.

kkk Sic et B. Altmanni impletum vaticinium est, de quo vide Commentarium prævium num. 27 et sequenti.



LIBER

MIRACULORUM,

Auctore eodem monacho
Lambacensi, sed in fine
parum auctus ab aliis,

Ex eadem editione Hieronymi Pezii tom. II Scrip-
torum rer. Austriac.

VETUS CAPITUM PARTITIO.

Præfatio.

CAPUT I. De paralytico post longam ægritudinem sanato.

II. De puero, utroque pede claudo.

III. De manu arida vinitoris.

IV. De muliere, cujus palmæ colus innexus erat.

V. De muliere curata, cujus manus fusus in hæserat.

VI. De milite sanato.

VII. De muliere, sola cogitatione salvata.

VIII. De uxore militis sanata.

IX. De morbo militis curato.

X. De patre-familias ægotante sanato.

XI. De uxore cujusdam memorarii sanata.

XII. De quodam paupere, post longum languorem sanato.

XIII. De muto, divinitus sanato.

XIV. De filia viduæ, in itinere obeunte.

XV. De muliere, harpaginem sinistra ferente, et liberata.

XVI. De muliere cæca illuminata.

XVII. De quodam cæco illuminato.

XVIII. De muliere contracta sanata.

XIX. De puero claudo et muto sanato.

XX. De puero claudo sanato.

XXI. De cæco a nativitate, illuminato.

XXII. De puero muto curato.

XXIII. De puero muto divinitus sanato.

PRÆFATIO.

Antiqua miracula, divina clementia circa tum-
bam beati patris nostri Adalberonis a haecenus
acitata, propter sui pluralitatem omisimus:
nam et pleraque oblivio absorbit, pleraque
incuria abolevit. Consulendum etiam tardis et
inertibus fore, existimavimus, ne congesta co-
pia eis fastidium pareret. Paucula tantum ex
his, quæ vidimus et audivimus, quæ manus
nostræ tractaverunt, annotare summatim po-
tius, quam latius prosequi, satagimus, ut mo-
dica saltem stilla situlæ devotioni posteritatis
propinetur, si forte occasione competenti Deus
in

AUCTORE
ANONYMO.

E

F

Profertur au-
ctor, se solum
pauca ex mi-
raculis, quæ
vidit, relatu-
rum.

a

b

AUCTORE
ANONYMO.

in Sanctis suis laudetur. Sacrum ergo pii Patris nostri corpusculum, sacrum quietis ejus tumulum, sacros ejus cineres pio affectu foveamus, diligamus, veneremur fideliter, suppliciter, humiliter. Implumes et imbecilles pulli sub alas gallinæ confugiamus, ut ab ea protecti ac defensati ipsius interventu gratiam et misericordiam consequamur; ne illo Evangelico denotemur elogio: « Quoties volui congregare filios » tuos, quemadmodum gallina congregat pullos » suos sub alas, et noluiti c? »

ANNOTATA.

a Ex hoc aliisque hujus Opusculi locis statui, auctorem illius Lambacensem monachum fuisse; nec diversum esse ab auctore præmissæ Vitæ, probavi in Commentario prævio num. 13.

b Etiam aliis minus peperisset lædii, si subleptis ab ineptis parergis abstinisset.

c Matth. cap. 23, v. 37.

CAPUT I.

Paralyticus puer utroque pede claudus, vinitor, cui brachium aruerat, duæ mulieres divinitus puni- tæ, et vir nobilis ex diuturno morbo pene confectus, incolumes redduntur.

CAP. I.
Paralyticus
et contractus,
dum Juvavi-
um vehitur.

a

C

b

Lambaci ad
B. Adalbero-
nis sepulchrum
depositus.

c

Vergente mundi vespere, cum Sol justitiæ radiis misericordiæ clementioribus, stillicidiis- que gratiæ uberioribus Lambacensem locum visitare dignaretur, paralyticus quidam de parrochia, quæ dicitur Gutowa, in confinio Bohemorum, vehiculo brevi conducto pretio superjectus, ad Juvaviensem a se transportari ecclesiam impetravit. Comitabantur cum eo plures ex eadem regione illustres viri, divites, medicos, pauperesque, causa orationis limina Sanctorum petitori, salutisque, quam audierant ibi celebrari, participes effici gestientes. Evolverat enim fama, quemlibet peccati contagione obvolutum, a liminibus oratorii, justitiæ dicantem divina, suspendi et arceri (sicut etiam de Maria legitur Ægyptiaca b) nec quemquam, nisi bene emendatum, solerterque vitii emundatum, posse ingredi.

5 Ventum est ergo ad Lambacensem locum: ibi metam suæ itionis fixerat, ibi omnium sacra loca invisere cupientium portus et asylum erat, ut confessionis medela mundati, poenitentia et satisfactione purificati, tutius et liberius Sancta Sanctorum peterent. Comites perinde fidi, misericordia moti, paralyticum gestatoriae e impositum, monticuli- que verticem, super quem monasterium beate Dei Genitricis constitutum habetur, fortiter nitendo scandentes, oratorium introeunt, homuncionem illum juxta sepulchrum beati Præsulis excutiunt. Videres enim (excepta facie humana) non jam hominem, sed simulachrum: nam quasi truncus erat ficulnus inutile

lignum, manibus recurvis, brachiis rigentibus, D pedibus innexis natibus. Diurno itaque peracto Officio, Fratres ab oratorio secedentes ad sua rediere. Interim plebecula, quæ cum languido venerat, singulis perlustratis altaribus, orationi vacant, peccata sua confitentes, Deum precibus placant et fletibus.

4 Paralyticus itaque, longa vocatione quassatus, dolorisque vehementia angariatus, somnum arripuit (quid in somnis viderit, mente excidit) et ecce, repente se suberigens clamore ingenti vociferatur, fragor nervorum et compago viscerum se solventium in tota ecclesia personat. Plebs novitate rei perculsa ocyus advolat; plantis firmiter stantem reperit, quem pridem solo stratum reliquerunt. Deinde pater monasterii cum omni congregatione supervenit; quid factum sit, inquit, veritatem rei a comitibus percipit. Illis autem tardius fidem accommodantibus, et aliquantulum super hac re titubantibus, is, qui sanatus fuerat, adjuratus per nomen æterni Dei et Salvatoris Jesu Christi, per omnia Sacramenta, per omnia jura jurat, confirmat credibiliter et veraciter, civibus suis et comitibus id ipsum contestantibus, in id ipsum consentientibus, se omni tempore debilem, omni destitutum officio membrorum, multis non modo diebus, sed annis, contractum, solius incoluisse lectuli sentinam d, in gemitu laborasse, per singulas noctes lachrymis lectulum suum lavasse, lachrymis stratum suum rigasse.

5 Quid miserum, miseris longis afflictum, ulterius querendo et sciscitando alligitis? Ecce enim, Deus, omnium exauditor, intercedentibus beati Pontificis istius meritis, preces meas exaudivit, et eduxit me de lacu miseriæ, et de luto fecis; eripuit me de tribulatione, quæ circumdedit me, et statuit me supra pedes meos, et direxit (ut ipsi cernitis) gressus meos. Tunc cedunt, tunc tot ac tantis adstipulationibus edocti credunt: exin GLORIA IN EXCELSIS DEO tollitur, et nomen ejus laudibus exaltatur, qui salvos facit sperantes in se, qui neminem vult perire, sed omnes ad cognitionem nominis sui venire. Sic veterosa exutus tunica et ærumnosa, vestimentoque salutis et indumento lætitiæ indutus, ad suos, quasi novus homo, pedes regreditur, qui prius alieno ad vadendum utebatur vehiculo, cunctis civibus, notis et cognatis grande et delectabile spectaculum in se ipso offerens. Acta sunt hæc eodem anno, quo beati Virgilio ossa sunt revelata e, in Vigilia S. Johannis Baptistæ: nec ea veterum relatione cognovimus, quia oculis nostris ea vidimus.

6 In vicinia claustrii juxta xenodochium, in monticulo f, cui collateralis est alter mons excelsus satis valde, ædiculæ pauperum tunc temporis fuerant collocatæ, ubi natus est infantulus, primo quidem ortu omni forma membrorum nullam habens eclipsin g, sed adeo integer et incolomis habebatur, ut nullum naturalis corruptionis vestigium in eo videretur. Dein procedente tempore sensim cepit ægrotare, ægrotando deficere; deficiendo uterque pes contra se invicem introrsum contrahitur et recurvatur. In radice autem monticuli rivulus blando præterfluit susurro, cujus vocabulum, quia omnibus fere patet, supersilire h potius, quam adnotare, dignum duximus. Mater itaque infantuli, exemplo Rachaelis filios suos deplorantis, inconsolabiliter flebat et mœrebat, pectora contundens, lachrymarum

integram
membrorum
incolomita-
tem

E

d

repente obli-
vuit anno
1181.

F

e

CAP. II.
Puer, pedibus
introrsum
contractis,
claudus,
f
g

h

A lachrymarum flumina fundens; quia tenera pueri ætatura in doloribus et ærumnis dies suos consumptura foret.

*ad ejsdem
Beati tumu-
lum allatus,
subito cura-
tur.*

7 Dicentibus namque cognatis et notis, vicinis et extraneis, cum penes se haberet montem, in quo oportet orare, montem, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, cur ibi non expe-teret suffragium, ubi etiam extraneæ nationes, divinum sibi non discredere, Sanctorum mediantibus meritis, affore adiutorium; abiit, infantulum suum sepulchro beati Adalberonis applicuit, orationeque completa, et ritu devotionis consummato, infantulum sanum recepit, quem eo ægrotantem detulit. Minus enim necessarium fore putamus, ut hæc historiola alieno fulcitur testimonio: nam et is, de quo sermo est, infantia meta transcensa, ætatem nunc habet: ipse de se et pro se loquatur. Nam et nos vidimus eum claudam, videmus etiam eum nunc exilientem, ambulantem, et laudantem Deum.

*CAP. III.
Idem contin-
git vinitori,*

B 8 De Marchia Pannoniorum *v* vinitor quidam, Slavica gente oriundus, brachium habens dextrum, humero quasi inutile dependens lignum, cum jam per omnia inutilis sibi redditus foret, et officia manuum, quibus hæc vita regitur, penitus illi auxilium denegarent, pro instanti necessitudine, pro spe recuperandæ sospitatis loca sacra peragraré, Domino pro suis supplicare errantibus, votum vovit, et solvit. Nam brachium ab humero usque ad summas manus cocturis frequentibus adeo ustulaverat, ut modicum quid, exceptis stigmatum maculis, in brachio appareret; et hoc ea de causa, ut pus omne imis emergens *v* visceribus, dolor cederet. Sed minime profuit, immo magis obfuit; quia dolorem dolori apposuit. Nec mirum, si caudæ humaneque medicina parum operatur, cum Largitor salutis contemnitur.

** imo omni
pure
* emergente*

*cui brachium
dextrum exa-
ruerat.*

9 Is ergo perveniens ad Lambacensem locum, clam oratorium ingreditur, sepulchro beati episcopi Adalberonis proximans, solo sternitur, sinistra manu brachium aridum tumulo imponit, orationem fundit, meritis beati Præsulis curatur, officio pristino recuperatur. Jam enim quasi tertia instabat hora primæ refectionis, et ipse mendicando stipem, ut paululum recrearetur, petebat. Idioma namque linguæ suæ *k* idiomati

k

C Teutonico inordinate et indiscrete commiscens, corruptissimos balbutiendo profundeabat solæcismos, et barbarizando infrensens, ridiculosa edit semiverba, quæ audientibus cachinnum parent. Hæc ab ipso lachrymosis percepimus vocibus, hæc manibus tractavimus: testis est enim scientiarum Dominus, nos nil fingere. O si possemus ex pluribus modicam saltem veritatis scintillulam elicere.

*CAP. IV.
Inter multos
Lambacum
accurrentes
in Hebdoma-
da Majoræ,*

l

10 Tempore illo Quadragesimalis observantia, quo cuncta per orbem Ecclesia, Christi ardens sequi vestigia, corpus vigiliis, jejuniis affligens, præcepto Domini parens, parcius utens verbis, cibis et potibus, reliquisque, quæ convenientia hujus temporis exarata tenet, quæque non est opportunum *l* nunc latius persequi, appropinquante jam die festo Redemptionis nostræ, multi non solum ex vicinis, sed etiam ex remotis regionibus, ad Lambacensem confluxere locum, plerique causa orationis, plerique, ut sacratissimis diebus divinis interesse cultibus valerent; alii, ut vulnera animarum intrinseca medicamine Confessionis, et fomento poenitentia curarent, seipsos secundum con-

scientiæ meritum bene diducantes, sicut Apostolus monet: « Quodsi nosmetipsos diducamus, non utique judicemur: cum judicamur, » a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo » damnemur *m*. » Alii eo tendebant, ut vivificis Christi Sacramentis ibi tutius communicarent, ubi tutæ custodiæ secundum Deum vacare valeret. Idcirco enim juxta antiquam Patrum institutionem hoc observat Ecclesia, ut in tribus sacramentalibus festis ad Sacramentum Christi accedat *n* Ecclesia propter diversos casus, qui mortalibus possunt accidere, propter eos, qui subitanea et improvisa morte intereunt, ut his præmuniti Sacramentis inveniantur tandem in numero justorum, refrigerii rore percepto, ut dicitur: « Justus, si morte præoccupatus, fuerit, in refrigerio erit *o*. »

11 Nitendum est ergo omnibus viribus, ut illuc repatriemur *p* per parsimoniam, unde cecidimus per gastrimargiam *q*. Perpendamus, attendamus, quanta mala, quanta scelera mundo protoplasti intulerit inobedientia; quid gratiæ, quid miserationis contulerit Christi usque ad mortem obedientia. Considerandum pertimescendumque nobis est, quia propter infaustum temerariumque morsum pomi infinita milium milia in ventrem nequitia suæ Leviathan absorbit, sicut per Job dicitur: « Absorbebit fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam, » quod influat Jordanis in os ejus *r*, » fluvio gentiles et Judæos significans; Jordane baptizatorum numerositatem mysticans. Nunc vero inobedientia obedientia eliminatur, mors morte destruit, mors nequitia gustu fellis et aceti pellitur. Verum, quia propter brevitatem historiæ subsequentis parum, quod ad rem non pertinuit, exorbitavimus, nunc in orbitam convertamur.

12 In quarta feria, quæ Dominicam antecedit Cœnam, quam multi reverenter observant, jejuniis et orationibus insistentes propter Christi traditionem *s*, sicut sextam feriam propter ejus passionem, Sabbatum propter Genitricis ejus venerationem, inter cæteros, qui propter dies sollemnes Lambach concurrerunt, venit mulier quædam, sinistra manu ferens muliebris exercitii instrumentum, quod nos vulgo Colum vocamus, cui mulieres pensis adnexis ad nendum cottidiano insudant labore. Quæ dum nocte ferianda, vespere videlicet Sabbati, usque ad crepusculum noctis, qua requiescere ab omni opere Christianis præcipitur *t*, ipsa acrius nendo laboraret, nunc dormitans, nunc evigilans, capite a cervice jam ad cadendum dependente, fusus in terram labitur. Hinc experrecta, colum, casum minitantem, sinistra, ne penitus rueret, arripuit, arreptum tam stricte tenuit, ut nulla ratione erui potuisset.

*mulier colum
manui divini-
tus innexam
gerens,*

s

F

t

13 Conclamant domestici, concurrunt cives et extranei, factum mirabile obstupefacti mirantur. Conjicientes autem, dolo muliebri id fieri, fortibus fortiores, fortioribus fortissimi, ut colum ab ea evellerent, succedunt, illa præ doloris nimietate vociferante, ne se læderent; a Deo factum crederent, quia legem prævaricata sit. Venit ergo ad tumulum beati Adalberonis, et multitudine, quæ hac die convenerat, circumstante et inspectante, flens et ejulans procubuit, orationem luctuose satis fudit, et infra hymnos matutinos, cunctis admirantibus, manus divinitus resolvitur, ad terram colus labitur, postea aliquantisper juxta sepulchrum ob memoriam signi

*post fusas
preces libera-
tur;*

u

AUCTORE
ANONYMO.

u

CAP. V.
uti et altera,
cui fusus in
violati festi
pœnam

x

manui adhae-
serat.

B

* an petitam!

y

CAP. VI.
Vir nobilis
gravissime
ægotans, cae-
lesti visione
monitus.

z

aa

ad Beati tum-
bam delatus,
continuo sa-
natur.

signi salutaris appenditur *u*, et laus ei ab omni-
bus concinitur, qui in Sanctis suis est gloriosus
et mirabilis. Quodsi necessitas exposceret, in
testimonium, non duos vel tres, sed totam illam
produceremus ecclesiam: nam et si illud quid
valet, quæ retulimus, oculis nostris vidimus.

14 Consequens videtur, et seriei narratiun-
culæ non contrarium, immo congruum, si præ-
cedenti miraculo factum mulieris prævaricatricis
subnectamus, ut videlicet colo fusum jungamus,
quia aliquam cognatam viciniam fusus cum
colo habet. Nam et unum sine altero nil valet,
sicut ensis absque capulo inutilis est. Mulier-
cula quædam, dum nocte sollempni, qua ferian-
dum foret, instans in jus *x* nendo vexaretur,
fuso jam stamine completo, dum eum avellere
nititur, manui ejus tam firmiter innectitur, ut
nullo trahentium nisu, nullo motu erui potuis-
set. Cognati, vicini, noti et amici, ut eam con-
solarentur, singuli de suo loco venientes, et circa
eam sedentes, divinitus conceptum offerant ei
consilium, sicut amici Job fecisse leguntur.

15 Sed isti diviniore intentione, Quid tu,
inquunt, salutem tuam negligis? Cur te con-
temnis? Qui sibi nequam, cui bonus? Age ergo,
et nunc tandem aliquando redi prævaricatrix
ad cor, jacta cogitatum in Domino, spera in eo;
et ipse te enutriet; transmigra Lambach ad lo-
cum Deo dilectum, locum gratia et miseratione
repletum, quem longius remoti gratia recupe-
randæ sanitatis expetunt, et petita * percipiunt.
Propitiabitur enim tibi Deus, sicut multis pro-
pitius est: habebis nos comites, fidos in
omnibus cooperatores, devotos salutis tuæ
fautores. Illa spes his *y* animata, fidelibus
adquiescens suasionibus, ad locum tendit præ-
fatum, ante sepulchrum beati Viri contritione
plenissima procubuit, oratione ad Dominum
fusa, comitibus Deum in veritate invocantibus,
manus diu clausa resolvitur, fusus, manui ad-
hærens et inhærens, eruitur, et laus in cælum
cum gratiarum actionibus attollitur.

16 Miles, cujus nomen *z*, quia notissimus
est, silentio magis transire, quam onerare, ma-
limum, longa ægritudinis inedia depressus,
lectum incidit valetudinis, febribus, aliisque
incommodis acerrime die noctuque laborans,
C lachrymis, suspiriis, stratum suum indies ri-
gans. Jam omnia membra, quasi emortua, offi-
cia sua amiserant, jam corpus effectum *aa* usque
ad interneccionem languerat, jam desperatus et
ab omnibus neglectus jacebat; vix vitalis halitus
in pectusculo saucio spirabat, vix lumina habentia
lucem hauriebant, jam medici omnia, quæ
rodere et emungere quiverant, asportaverant;
cum, ecce, Dominica nocte, quæ octava a die
sacratissimæ Resurrectionis obvenerat, nocte
fere tota luctibus et gemitibus consumpta, ut
mos est languentium, crepusculo diei jam pro-
ximante, præ nimia fatigatione obdormisceret,
veneranda ei apparuit persona, angelica facie
nitida, stellantibus oculis dulcis et grata, ore
sereno, vultu jucundo, stola Pontificali amicta
perlucida, et sic eum alloquitur.

17 Quid tu, inquit, homo, somno inertie
deprimeris? Non intelligis, parum humanum
tibi profuturum adjutorium, quamdiu divinum
contemnis invocare auxilium? Si propitium
cupis tibi fore Deum, si iram mitigare gestis
Tonantis, si vincula tribulationis imminens
vis dirumpi, et a præsentis languoris agone
eripi, versus Lambach, omni submota occa-

sione *bb*, gressus dirige, Sanctorum obnixè
efflagita suffragia; et sanaberis. His dictis, vi-
sio, quæ apparuit, oraculo perorato, disparuit.
Aurora cursum provehente, æger somno excitus,
visionem uxori et filiis retulit; qui visitatione
misericordis Dei animati in lachrymas solvun-
tur; moxque vehiculo ascenso, ad locum sibi
divinitus demonstratum tendit. Dein manibus
servulorum ad tumbam beati Pontificis duci-
tur, orationis devotione rituque oblationis,
quam ei prædicta revelavit, edocuitque visio,
percelebrato, miles surrexit incolumis, pedes
domum revertitur, qui prius vix alieno fultus
adminiculo ad eundem utebatur.

ANNOTATA.

a Juvavia, vel Juvavium, nunc communis
Salisburgum, vulgo Saltzburg, Germaniæ civitas
archiepiscopalis est in circulo Bavarica, caputque
Salisburgensis ditionis, quæ in sui archiepiscopi
dominio est.

b *Consule hujus Sanctæ Vitæ cap. 5, num. 22*
et sequenti, in Opere nostro ad diem 2 Aprilis.

c *Id est: Lecticæ.*

d *Id est: Lectulo suo perpetuo decubuisse.*

e *S. Virgilio Salisburgensis episcopi ossa re-
perta fuisse anno 1181, jam observavi in Com-
mentario prævio num. 11; atque hinc liquet de
ætate scriptoris, qui dicti paralytici curationis
oculatum testem se proficitur. Hinc etiam simul
collige, cur supra laudati peregrini e confinio Bo-
hemorum Salisburgum profecti fuisse dicantur;
nimirum, quia tunc S. Virgilio, aliorumque trium
Sanctorum Salisburgensium antistitum corpora
inventa multis inclaruerant miraculis; de quibus
vide Baronium in Annal. Eccles. ad eundem
annum. De S. Virgilio agendum erit in Opere
nostro ad diem 27 Novembris, quo ille in Mar-
tyrologio Romano celebratur.*

f *In monticulo desideratur apud Joan. abb.*

g *Id est: Defectum, ut habet Joan. abb.*

h *Apud eundem: Supersilere.*

i *Id est: De limite seu confinio Pannoniorum.
Marchia enim Latine regionum Limitem, confi-
num sonat.*

k *Scaloniæ videlicet ex præmissis.*

l *Apud Joan. abb. male: Quæque non est im-
portunum.*

m *Epist. 1 ad Cor. cap. 11, v. 51: Quod si
nosmetipsos dijudicarem, non utique judica-
remur: dum judicamur autem, a Domino corripi-
mur.*

n *Scilicet non eadem semper fuit disciplina
Ecclesie in sacra Communione præscribenda.
Quod huc spectat, Concilii Agathensis canon 18
sic habet: Sæculares, qui Natale Domini, Pascha
et Pentecosten non communicaverunt, Catholici
non credantur, nec inter Catholicos habeantur.
Illatus hic canon est in Decretum Gratiani De
Consecrat. distinct. 2, cap. 9.*

o *Sapient. cap. 4, v. 7.*

p *Id est: Revertamur in patriam.*

q *Monet hic Pezsius, in Lambacensi codice vi-
tiose legi: Castrimariam. Est autem Gastrim-
margia vox Græca, Latine ventris voracitas, seu
gula. Joannes abb. substituit: Inobedientiam et
gulam.*

r *Job cap. 40, v. 18, ubi ista dicuntur de
Behemoth. Consule interpretes de literalis ac my-
stico hujus loci sensu.*

s Quomodo

A s Quomodo hæc accipienda sint, collige ex Nicolao I Papa in responsis ad consulta Bulgarorum apud Labbeum tom. VIII Concilior. col. 318. Quarta feria quamvis e ceteris diebus præter sextam feriam sit amplius mœroribus operandum, pro eo, quod Dominus ipso jam die in corde terræ, id est, Judæ traditoris, quodam modo sepultus erat, dum hunc ipse morti tradere meditabatur, tamen etc.

t Fuit aliquando variis in regionibus consuetudo, ut pridie Dominicæ diet a solis occasu a servilibus operibus abstinendum esset.

u Nemp: Colus.

x Ita in codice Lambacensi, teste Pezio. Joan. abb. has duas oculos in jus prætermisit. Quid si legendum sit injussa; aut in jus pro contra fas hic ponatur?

y Joan. abb. Spe hac.

z Teste Pezio, in ora codicis Lambacensis eadem, qua cetera, manu adscriptum legitur: Gebhardus de Hornaren: quam ob rem Joan. abb. hunc locum sic reddidit: Miles quidam notissimus, nomine Gebhardus de Hornaren. Ceterum vulgo notum est, vocem Miles isto ævo Virum nobilem significare.

B aa Apud Joan. abb.: Effectum.

bb Ibid. Subjuneta occasione.

CAPUT II.

Gravibus morbis conflictati per Beati patrociniū sanitate potiuntur.

c. p. vii.
Apud fluviolum Lambach

a

P arum videtur, quod dicturi sumus, sed tamen, quia memoria obviavit, supersedendum, non putamus. Lento murmure fluviolus inter duo serpit montana, qui tribus a distinguitur nominibus. Duo ex his, quia valde sunt nota, et præsentī minus necessaria videntur themati, silentio prætermittimus; tertium, quia nunc ad rem pertinet, ponemus. Tertio, ut prædictum est, loco Lambach nuncupatur, unde et locus noster b vocabulum est sortitus, a quo et viculi adjacentes nomina acceperunt. Fluviolus enim ille ad irriganda flaccientia c diversas in partes derivatur, ex utroque latere amœna meatu suo fovens prata, insuper diversis adminiculatur hominum usibus, in circuitu passim commanentibus; ad postremum vero, terra, qua generatus est, absorptus in planitie quadam immergitur. Est aliquid, sub rivulus aquarum habitacula hominum constabiliri, et residere juxta fluentia plenissima. Hæc, topographia cogente, quæ in his et in aliis plerisque locis necessaria probatur, dicta sunt, qua ignorantes ad viam deducuntur, sicut cæci baculis reguntur.

mulier quædam ex morbo ad extrema deducta,

d

19 Super ripam annis prælibati casæ sunt dispositæ, in quarum una mater-familias d infirmata ad extrema pœne est deducta. Jam corpusculum longa et inveterata tabe olidum, quasi truncus inutilis, vix tenuissimo spiramine vividum, ut exanime putares, jacebat; lumina terra caligo opererat, lingua faucibus adhærens officii sui penitus impos erat; pulsus venarum pertenuis, vel nullus sentiebatur, gelida rige-

bant omnia membra, aliqua in ea signa mortis clarebant certa, ut humana conijcere potuit sagacitas. Maritus ejus aberat, in silvam lignorum fascem congregaturus abierat: conclamat familia, convolat, clamore exaudito, exera vicinorum turba, solantur flentes, spem lugentibus repromittunt. Mittitur cursim nuncius, vocatur maritus, advolat citatus; viso uxoris periculo, domum replet luctuosis ejulatibus, non modo mortem dolens uxoris, sed quia Sacramentis Christi minus præmunita vita decedere videbatur.

20 Quid plura? Saniorum persuasus consilio, Lambach gemebundus, gressu titubante, currit, et exanimis orat sacerdotem, ut Viaticum offerat ægrotanti. Venit sacerdos, cui cura hæc credita erat, sedet opperiens, si forte aliqua experientia auribus captare queat vitalis halitus spiracula. Aure propius adhibita, officia capitis sunt muta: admonet de Confessione, non erat vox, neque sensus. Facto autem silentio quasi media hora, cum subito oculi languentis aperiuntur, lingua palpitans ad verba formanda relaxatur, valor corporis emortui recreatur. Quærunt, qualiter ad vitam redierit. Respondit: Ego, inquam, cum in meditatione mea exardesceret ignis, meditata sum cum corde meo, si miseratione superni Inspectoris vita mihi redderetur, Lambach me ituram, ad sepulchrum beati Adalberonis vota reddidit. Mox mirum in modum (quod dictu incredibile sit) ut cogitatum meum jactavi in Domino, affuit velox miserentis Dei miseratio, affuit solitæ pietatis ejus propitiatio; mox mihi sum reddita, sensus cum vita rediit, quæ usque ad portas mortis appropinquaveram.

21 Videsne, bene congruere his, quæ dicta sunt, illud Davidicum: « Cor contritum et humiliatum non spernit Deus e? » Et item: « Prope est Dominus omnibus se invocantibus f. » Tum Sacramento vivifico libato, altera die, viribus divinitus redintegratis, surrexit incolomis, tertia demum die Lambach proficiscitur, immolans Deo sacrificium laudis, et redens Altissimo vota sua, confitens ei, quia ipse sit adjutor in tribulatione, quia ipse solus laborem et dolorem consideret. Nil refert in conspectu Dei cæli potius exaudire vocem deprecationis et vociferationis in templo, quam affectum piæ devotionis, cordis compunctionem sine strepitu vocis in lecto. Bene ergo pius Remunerator remunerat sanctæ et immaculatæ cogitationis devotionem, melius bonæ exhortationis locutionem, optime Domino placitam operationem. Et e converso perversæ cogitationes separant a Deo, probata autem virtus corripit insipientes.

22 Quod luce clarius probatur in Nabuchodonosor, qui tumens superbia corde tenus, iniquitatem superbiæ commixtam meditatatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odovit, cornua superbiæ in altum extulit, iniquitatem in excelso locutus est. Et quia bestialiter sensit, dum se, ut Deum, adorari imperavit, bestialiter vixit, bestia factus est g, ut quidam de eo satyrizando sic carmine ludit:

Qui Jovē major erat, fortunæ ludicra llerat,
Tunc homo bos fuerat, qui Jovē major erat.
De quo suisque complicitibus alias dicitur: « Di- » spersit Deus superbos mente cordis sui: de- » posuit

AUCTORE
ANONYMO.

vovens Beati
sepulcrum
adire, sensi-
bus subito
reddita,

E

et sacro Via-
tico refecta,
postridie pla-
ne convalescit.
Auctoris ad
hæc

e

f

F

parerya quæ-
dam.

g

AUCTORE
ANONYMO.

h

i

k

l

cap. viii.
Alter gra-
vissime de-
cumbens, fa-
cto voto, con-
festim sana-
tur.

* an Georgii?
* Joan. ab.
Khunstel-
wang

cap. xi.
Vir quidam
nobilis miles

cap. x.
Curator præ-
dii ecclesie
S. Blasii e su-
bito malo mor-
ribundus

longa tabe
pene consum-
ptus, consu-
lentibus ami-
cis,

» posuit potentes de sede, et exaltavit humi-
» les h. » Perversa plerumque multatur locutio,
ut in Balaam, qui pecunia corruptus, quod an-
tea vetuit, postea docuit i. Perversa operatio
in multis milibus, et tamen speciatim in Absolone,
qui mortem patris crudeliter sitiens, uxores
ejus stupravit, quod mox ultio digna ultia
est k. Hi sunt tres mortui, quos suscitavit Domi-
nus l: Primum in domo, quod significat mortem
iniqui cogitatus, in cordis cubili latitantem:
secundum in porta, mortem designans locutio-
nis contractam peccamine et operationis: ter-
tium in tumba olentem, mortem insinuans usu
et consuetudinis delectatione perpetuatam, sub
lapide desperationis, ne homo resurgere queat,
aggravatam, ut dicitur:

Mens mala mors intus; malus actus mors for-
ris usus:

Tumba, puella, puer, Lazarus, ista no-
tant.

Lapis enim tegit, premit, occulit.

25 Non impar miraculum Pater misericor-
diarum et Deus totius consolationis operatus est
in viculo quodam, vicino ecclesie beati Georii*,
quæ Chustelwane* nuncupatur. Uxor cujusdam
Gotfridi mirabili et miserabili languore diutino
ardore excocta, ad extrema est deducta. Luxit
et elanguit, nocte ossa ejus doloribus perfora-
bantur, die vero sine intermissione cruciabatur.
Maritus ejus, lugubri querimonia caput et ma-
nus contorquendo, lectulo languentis adhæsit;
proximi et noti flentes et dolentes eam circum-
steterunt: jam etiam exequiæ parabantur, et
extrema vitæ officia ordinantur. Cum jam vita-
lis halitus funditus intercipi videretur, incidit ei
cogitatio, si, Dei donante clementia, ad vitam
rediret, Lambach se profecturam, tumulumque
beati Adalberonis orationibus visitaturam, et
suffragium petituram. Et ecce, repente oculos,
caligine fugata, aperit, lingua in vocem erumpit,
se meritis beati Pontificis morte et dolore
ereptam, interventu ejus se salvatam astruit.
Mox stratu spreto, erigitur, ad ambulandum for-
titer nititur, monasterium beatæ Dei Genitricis
ingreditur, sana cum gratiarum actionibus do-
mum revertitur.

24 Quidam ex ordine militantium Scumbergen-
sis n curiæ, longa infirmitatis tabe exhau-
stus, cum diu, ut languorem aut auferret, aut
differret, aut pudoris gratia dissimularet, et
ultra dictam virium suarum peditando laboras-
set, tandem gressu nutante deceptus, baculi
auxilio destitutus, in grabatum corruens, ulti-
mum videbatur trahere spiritum. Ossa enim ejus
diutino febrium ardore excocta extabuerant;
omne corpus, pelle desuper ossibus ad instar
fidis extensa, livor immoderatus dissipaverat;
vultus, forma penitus humana amissa, omni ex
parte follicaverat o; fenestras oculorum tumor
immanis adeo obtexerat, ut jam non oculos, sed
stigmata bina in facie videres.

Nam velut inclusi caeco clauduntur in antro.
Cibi jam desiderati, jam parati, jam oblati, sunt
ab eo p fastiditi, repudiati, rejecti.

23 Turba parentelæ, plangens eum, quasi
unigenitum, venere singuli de mansuiculis
suis, ut pariter visitarent eum et consolarentur:
videbant enim, dolorem esse vehementem.
Hortantur eum jugiter ad Dominum vigilare, in
fide fortiter stare, viriliter agere, insidiarum
inimici versutias invocatione Sanctorum longe

repellere, ad Dominum toto corde, toto deside-
rio, confessione purissima penitentiaque Deo
placita converti, Sacramentis Christi, Christia-
næ Religionis, immo salutis a Deo institutis, præ-
muniri, opera tenebrarum abicere, armis lucis,
satisfactionis medela indui, ut bene de eo jam
diceretur: « Confessionem et decorem induisti,
» amictus lumine » (gratiæ cælestis) « sicut ve-
» stimento q. » Ad postremum admonetur, quod
primum et ultimum omni curandum est homini,
de salute animæ oppido cogitare, rebus peritu-
ris divitias cælestes comparare, ut post exces-
sum requiem æternam possideat, et lucem per-
petuam obtineat.

26 Bene, inquit ille, amici, bene sapienter-
que proceditis, sane suadetis, congrue mone-
tis r. Nam et dolor gravis urget, angustiarum
moles cogit, tribulatio imminens, ut ad Facto-
rem misericordiæque Autorem convertar, docet.
Sed vae ei, qui fugam suam ad hanc hyemem
distulerit, qui preces suas supplicationesque et
opera misericordiæ, Evangelica autoritate elu-
cidata, usque ad horam, cum oculus caligat,
lingua palpat, manus aret, pes gressu caret,
neglexerit. Ista est, puto, nox, ut a doctoribus
percepti, in qua nemo potest operari; solius Dei
providentia colligit, sive longe, sive prope sit
infernus, ubi nemo ei confitebitur. Quid enim?
Omnia mundana gaudia, centum aut pluribus
annis ducta, in æstimatione æternorum sunt
tanquam dies hesternæ, quæ præterit. Utinam
modo tantum fides mea in Christo roboretur,
utinam extrema dies in Christi confessione clau-
datur! Atqui, ne omnino desperemus,

Spem tribuit nobis confessio sera latronis;
Ne vel in extremis desperet quisque fidelis.

27 Nam idem, de quo loquimur, eloquentia
et subtili scientia pollebat, adeo ut etiam cle-
ricorum incitiam, sicubi in divinis exorbitas-
sent, cate et caute satis reprehenderet. Ne quis
hoc non credat, audiat ipsam Sapientiam ex
ore Altissimi prodeuntem, in Evangelio prote-
stantem: « Filii hujus sæculi prudentiores filiis
» lucis in generatione sua sunt s. » Et conver-
sus ad circumstantes: Ite, ait, quæso, ite, ossa
cruciatibus assiduis terebrata plaustro impo-
nite, Lambach ad sepulchrum beati Adalber-
onis me perducite. Confido enim in Domino,
quia interventu ejus et obtentu merear absolvi
de durissima angustiae instantis catena. Parue-
runt, ægrotum vehiculo impositum ad locum
præfatum perdixerunt, tumulo beati Præsulis
adhibuerunt, orationum et oblationum lege rite
percelebrata, ad sua redierunt. Exin labentibus
sensim et resolutis dolorum vinculis, recupera-
tis corporis viribus, convaluit ad laudem et
gloriam Redemptoris nostri.

28 Ecclesia beati Blasii in aprico constituta
habetur loco, fluvio quodam præterfluente, sil-
vaque spatiosa et speciosa eam ambiente, quæ
ferax bestiarum et ferarum venatus est aptis-
sima, et pascua pecorum ibi inveniuntur uber-
rima. In circuitu vero ecclesie monticuli consurgunt,
naturali tumore terræ editi, intrinsecus
cryptas nativa exesas lege occultentes, quasi la-
tibula refugiis hominum præparata, ut, si forte
videres beatum Blasium, persecutionis rabiem
declinantem, putares, ibi aliquando delituisse,
et bestiis ad se causa tuitionis et medelæ con-
fluentibus (sicut de eo legitur) benedictionis
gratiam obtulisse t. Hospes ibi mansitabat, qui
ecclesie

D

q

ut ad mortem
se prepara-
ret,

r

E

ad Beati se-
pulchrum ad-
vectus, sensim
convaluit.

s

F

cap. x.
Curator præ-
dii ecclesie
S. Blasii e su-
bito malo mor-
ribundus

t

A ecclesiae jura operose salubriterque procuraret, armenta quoque boum et greges ovium ibi stabilitos, et caetera usui Fratrum militatia attentius conservanda gubernaret. Is viribus corporis repente cepit destitui, et nimio febrium ardore fatigari in tantum, ut, eo in lectulum conruente, in solo flatus vitalis pectusculo palpitaret. Vox ejus intercepta erat, compages membrorum ejus, acsi abscissas putares, emarcuerant, et jam de sola sepultura ejus agebatur.

et demonum larvis,

29 Appropinquabat autem dies anniversarius depositionis beati Pontificis, quo memoria ejus solemniter celebranda foret. Jam dies decessit, et nox, agris nocua, accessit, cum jam velut exanimis miser jaceret, et amici frequentes ad observandum ejus exitum vigiliis instarent, paululum post quartam vigiliam noctis, obdormiscentibus praenimia lassitudine vigilibus, parietes cubiculi, in quo cubabat, tigna, asseres, tegulas aviculae teterrimae, in modum vesperilionum, passerum, hirundinum, operuerant, parietibus tegulisque adherentes et inhaerentes. Phantasmata etiam quaedam horrida, aspectu crudelissima, in rimis parietum, nudatis dentibus morsum munitantia apparebant; quorum visio terribilis miseram animam fluctuantem, super quam linguis, more canum nimio solis ardore astuantium, ejectis anhelabant, cruciabat. Istas, puto, esse bestias, de quibus Psalmista: « Ne tradas, » inquit, « bestiis animas » confidentes tibi: et animas pauperum tuorum » ne obliviscaris in finem. »

de quibus varia hic memorantur,

30 Haec bestiae nefandissima in obitu cujusque hominis, ut saepius probatum est, turmatim conglomerantur, si forte quid peccatorum in seculo contractorum, quae minus emundata homo secum sola pertrahit, in anima reperiant, quo eam ad tartara cruciandam rapiant: sed divina eos vetat misericordia, ne tantum noceant, quantum volunt. Ne quis hoc non credat, manifestus id ipsum liquet in transitu beati Martini, qui, dum migraturus esset ad Dominum, bestiam sibi cruentam adstare vidit, quam confutata a se repulit. Ecce sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior caelis factus, a bestia cruenta tentatur, insidiis et laqueis ejus irretiri putatur; quid de his aestimandum est, qui usque ad finem vitae, quasi jumenta, in stercorebus putrescunt?

vehementer afflicto, post beati apparitionem,

31 Cumque in hac agonia fluctuans, luctando anima laboraret, ecce, repente persona aspectu dignissima, quae se cultu vestium pontificem declararet, habitaculum aegrotantis ingreditur, lumine circumamicta immenso, ad ejus praesentiam nox fugit, et lux in habitaculo refulsit: phantasmata etiam avicularum nigerrimarum, quae omne pavementum caeco horrore obtexerant, reptando et volitando secreta angulorum petebant, occulere se gestientia. Ingressor vero nihil cunctatus ad lectulum accedit languentis, caput triste manu blanda permulcet, faciem imbribus lachrymarum perfusam abstergit: nam et reliquam partem corpusculi sudoris violentia adeo irrigaverat, ut linteamina corpori superjecta humectasset. Ad ejus tactum vita, quae recesserat, redit; spiritus faucibus vix inhaerens reviviscit; homo paene mortuus rursus animatur, officia membrorum sensim redintegrantur, vigoribus receptis. Ille denique verbi jussione, signique salutaris benedictione phalanges tetras, horridas et fuliginosas eliminavit,

Octobris Tomus III.

abegit, effugavit; et sic visio, quae apparuerat, ab oculis ejus ablata est.

AUCTORE ANONYMO.

32 Cum autem rursus noctis ad terminum properaret, jamque Titan, Oceano emergens, suo jubare mundum illustraret, vigiles exitum aegrotantis opperientes et observantes, ocyus exciti, ad lectulum feruntur languentis, aestimantesque eum mortuum, aure vicinius adhibita, sonum aliquem captare gestiebant; dein pulsando, stimulando, saepius ac saepius quaeritando, an vivat, necne. Ille, ut lumina pandat, omni conamine luctatur, et linguam emortuam ad loquendum, qua poterat, infringens, visionem paucis, quam viderat, reserat, qualiterque sibi sit redditus, exprimit; ut, fluvio transitu, ad monasterium Dei Genitricis perducatur, orat, quo solemnibus Missarum eo die celebrandarum interesse mereatur. Illi, solito laetiores effecti, utensilia plaustris applicant, aegrotum ad monasterium ferunt. Ibi geminorum manibus exceptus bajulorum ad sepulchrum beati Pontificis perducitur; exin expletis Missarum solemnibus, sola Dei dextera sublevante, erigitur, omni plebe, quae eo die supervenerat, aspiciente et adstipulante, domum sanus regreditur.

petit ad Beati sepulchrum vehi, indeque incolumis domum rediit.

E

33 Ne mireris, vel dubites, satellites satanae in varias transformari formas ad decipiendas fidelium animas; quoniam, ut veraciter probatum est, exoticos et alienos, permittente Domino, audent sibi assumere decores, sicut de capite ipsorum dicitur: « Ipse satanas transfuratur se in angelum lucis. » Nam quia mille habent artes nocendi, mille modis, mille imaginibus, diversis se hominum conformant qualitatibus. Acriter Deo remisse militantes impugnant, acris studiosiores, acerrime eos, qui contra aereas potestates viriliter dimicant, impetunt: quod evidentissime in Vita S. Antonii probatur. Non autem quisquam autemet, propter assumptivas lucis momentanea induvias, antiquae et nativae eos amittere horrorem nigredinis; verum sciat, tales fore postea, quales fuerunt antea; quia nulla societas luci ad tenebras, nulla conventio Christi ad Belial.

Auctoris parerga de demonum fraudibus

y

z

aa

34 Non solum autem spiritualiter, sed et corporaliter sit ista dementatio; sicut liquet in illis, qui magicis artibus et praestigiiis argutissimis oculos aspicientium pelliciendo venantur, ut videre tibi videaris, eos producere reptantis cujuspiam ferae genus, integra scindere, scissa resarcire, diversas imagines, diversas fingere rerum species, multiplices bestiarum quasi nova creatione fingere formas, alias fugientes, alias ocyus insequentes, utrasque labore continuo deficientes; casas a loco suo dimoveri, et alias machinatione inscrutabili transferri. De assumptione, vel potius usurpatione, falsitatis demonum gloriae habes in Registro, ubi Johanni diacono, ad lumen lucernae noctu scribenti, hostis ille antiquus ad eum acriter deterrendum et lumen extinguendum apparuit. Quem mox pius pater Gregorius, ejus vitae summam jam imposuerat manum, consolatione paterna recreavit, et, quem vidisset, ei declaravit.

et illusionibus.

F

bb

cc

ANNOTATA.

a Teste Pezio, in ora codicis Lambacensis eadem manu leguntur haec annotata: Tria vocabula, fluvii, Wisbach, Cidelbach, Lambach.

b Hic rursus, ut saepe alias, Lambacensem monachum scriptor se indicat.

AUCTORE
ANONYMO.

c In editione Joan. abb. : Flaventia culta.

d In margine Codinis Lambacensis, eodem Pezio teste, eadem denuo manu adscriptum legitur: Uxor Heinrici de Lidelaren.

e Psalm. 50, v. 10 : Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicias.

f Psalm. 144, v. 18 : Prope est Dominus omnibus invocantibus eum.

g Danielis cap. 4.

h Luca cap. 1, v. 51 et seq.

i Lege librum Numer. capp. 22 et 5 seqq.

k Lege lib. II Regum capp. 16 et 18.

l De Jairi filia a Christo Domino a morte resuscitata lege Luca cap. 8; de filio viduae, Marci cap. 5; de Lazaro Joan. cap. 11.

m Apud Joan. abb. perperam : Fortis.

n Ibid. Schaumburgensis. Opinor autem, hic indicari vetus castrum Schaumburg apud Efferdingam, vel Everdingam, munitum oppidum Austriae Superioris, ac tribus circiter miliaribus Germanicis Lincio, Lambaco vero sex circiter distans, nisi fallant tabulae topographicae. Habuit autem castrum illud suos proprios comites, Schaumburgenses ab illo dictos, ex quorum proinde seu familia seu curia fuerit is, de quo hic sermo est.

o Id est, opinor : Intumuerat.

p Apud Joan. abb. vitiose : Adeo.

q Psalm. 105, v. 4 et 2.

r Hic excisae sunt (inquit Pezius) integrae duae paginae in Msto, quarum jacturam ex Johanne abbate resarcivimus.

s Luca cap. 16, v. 8.

t Vile hujus sancti episcopi et martyris Sebastiani Acta prima, cap. 1, in Opere nostro ad diem 5 Februarii.

u Saeculo itaque decimo tertio ineunte, aut forte etiam citius, jam solebat annua B. Adalberonis memoria Lambaci sollemniter celebrari; quod pro immemoriali ejusdem cultu juverit observasse.

x Gesta S. Martini Turonensis episcopi, de quo hic, illustranda venient ad diem 11 Novembris. Verum quod in hisce legatur demon ei decumbenti apparuisse, nequam sequitur, id omnibus moribundis, maxime peccatoribus, contingere; aut, quae sibi visus fuit, fabricians hic memoratus videre, vere demonum phantasmata fuisse, cum ex febrium aestu delirantibus similia saepe numero contingant.

y Epist. 2 ad Cor., cap. 11, v. 14.

z Hujus sancti abbatis gesta illustrata apud nos sunt ad diem 17 Januarii.

aa Hac morali sensu de perversitate demonum, per peccatum contracta, interpretare : neque enim illi ullum colorem habent, nec perversitas ipsis nativa est.

bb Joan. abb. e mentitae.

cc Lege, si placet, Vitam laudati S. Gregorii Magni Papae, per eundem Joannem diaconum scriptam, lib. IV, cap. 17, num. 100 in Opere nostro tom. II Martii, pag. 210.

D

CAPUT III.

Alii variis morbis malisque
per ejusdem beati Episcopi
opem liberati.

Stadiis viginti minus, quam inter Hierusalem et Emaus a, ut opinio aestimat aliquorum, distat a Lambacensi loco nemus, quod a latitudine nomen mutuavit b, cujus compendia si qua esse possunt, redituumque circumjacentium, privilegiato jure altario beati Petri Salzburgensis c deserviunt. Huic, ut illius juris est regionis, custos deputatus erat, quem vulgo Nemorarium aut Foresticum, quasi foresti custodem nuncupamus d; qui solerti curiosaque vigilantia super custodia sibi credita sollicitaretur, ne aut publico violentorum incursum, aut furtiva vulgi strage nemus illud extirparetur. Hujus uxor e, dum in una dierum staminibus nendis, ut huic sexui natura dictavit, insudaret, quo videlicet nuditatem, tam praesentis quam futuri temporis, adumbraret, quam prothoplasti illi, primi legis Dei spectatores, perizomatibus de foliis ficus contextis oppilare nisi sunt; subito de sedili, cui insidebat, corruens, colum isthac, fusum illac longe abiciens, dolor vehemens et horror impatiens f super eam irruit, sicque inter cruciatus, quos patiebatur, os ejus mentumque nativam relinquens sedem sinistrorsum ad aurem usque recurvatur.

56 Exin g officium linguae ei adimitur, victus potusque item interceptur, et nil, nisi suprema dies expectatur. Haec gesta sunt in die Martis, et dolor ille indies augmentatus est usque ad diem Veneris, in quo celebris Exaltatio sanctae Crucis h annuo cursu obvenit. In articulo hujus diei vir moestitudinis angaria i confractus, utensilibus plaustris coadunatis, et uxorem superimpositam Lambach perduxit, omnibus occurrentibus casum mulieris lugubrem demonstrans, consilium quaerit, medicinam, qua virtus recuperari queat, expetit. Omnibus unanimiter consententibus, divinae se magnopere dedere clementiae, opem votis intimis caelestis efflagitare medicinae, Sanctorum patrocinia, Sanctorum imploranda auxilia, ut, eis median- tibus, ostium misericordiae illi aperiat Dominus; adquevicit k, credit, lachrymis suffusus ad tumbam beati Adalberonis accedit, mulierem morbidam secum adhibuit, votisque rite percelebratis, sacris etiam altaribus orationis affectu salutatis, ad sua mox rediit.

57 Postero die illucescente post Exaltationem sanctae Crucis e vestigio instabat sollemnitatis Dedicacionis templi Lambacensis; et ecce, dum via panditur processioni, hac die nullatenus, nisi summa necessitudine l, omittendae, adest vir non humilis repletus tripudio, qui pridie tristitia absorptus recesserat baratro, cum muliere sanata jam, facie jam redintegrandae, et in sede nativae dispositionis relocata m. Quae enim paulo ante, forma naturali amissa, obliquo ac distorto vultu horrorem aspicientibus incusserat, linguaque quasi trisulcata balbutiendo confusos vix edidit semilatratus, nunc n clara voce

CAP. XI.

Custodis nemoris uxor subito malo misera correpta,

a

b

c

d

e

E

f

postridie, quam ad beati tumbam adducta fuit,

g

h

i

F

k

plane sospitatur.

l

m

n

A meritis beati Præsulis se ereptam, se salvatam vociferat *o*, universis Dei gratiam declarat; omnisque cœtus, qui gratia diei festi eo die convenerat, Deum laudibus exultat.

cap. XII.
Pauper ex diuturno languore manuum et pedum usu destitutus,

P 38 Pauperulus quidam, mirabili et miserabili languore tabescens, vi febrium adeo est excoctus, ut non solum diutino, sed et *p* annuo deficere morbo videretur, utpote cui propter paupertatis sterilitatem nec medicorum peritia, nec cibi lautioris succurrerent suffragia. Nulla sibi certa patria, nulla prorsus propria habitacionis œdificula; sed, quamdiu sibi licuit, hac et illac vagabundus traxerat artis peritia lucratus vitæ transeuntis victualia. Atqui dum deficeret virtus ejus, dum sopita fuissent manuum officia, quieverunt pariter temporalis subsidii adminicula. Cumque alienas incoleret aedes, et omnibus super eo tædio affectis jam exosus haberetur, jam fœtoris intolerantia omnis homo gravaretur, a notis et exteris spernitur, contemnitur, quasi abominabilis abjicitur.

curante sorore, ad eundem tumulum vectus,

B 39 Dein ab aliquibus Deum timentibus Lambach perducitur, in hospitio pauperum colligitur: ibi tenetur, ibi fovetur, ibi humane satis tractatur, donec memoria ejus apud suos sepe-

litur, donec oblivioni, tanquam mortuus a corde, traditur. Erat ei soror æque egena, stipem modo labore manuum, modo mendicando, conquirens. Quæ veniens *q* visitare et consolari fratrem, doloribus continuis tabescentem, fletum deduxerunt oculi ejus, commota sunt etiam viscera ejus super fratre suo. Exin muliebris oblita levitatis, animique virilem femineæ interserens, immo præponens fragilitati, tota ad Deum convertitur, fratremque sibi paria sentire hortatur. Et quia pedes ei officium assuetum negaverant, gestatoria a quibusdam petita et accepta, ossa *r* fratris lurida et semimortua imposita, hajulis accitis, tumulo beati Adalberonis advecta exponit.

membrorum usum ac sensim integram sanitatem recuperat.

C 40 Ad postremum, quod unicum æstimabat, asyllum, orationem ad Dominum cum ipso et pro ipso fudit, singula altaria gemitibus inenarrabilibus revisens, celere salutem videre meruit et virtutem. Nam ad fratrem rediens, misericordia misericordis Dei invenit eum jam melius habentem, baculi solatio se subrigentem,

quem nuperrime, quasi paralyticum, reliquerat jacentem, parum a Lazaro, excepto vitali halitu, distantem. Adhuc tamen, quasi novus ambulator, gressu titubabat, adhuc membra debilia, longa *s* febrium ardore exhausta, ad instar infantis deambulare gestientis, nunc stantis, nunc labentis, nunc se subrigentis, nutabant; sed sensim de die in diem in melius proficiens pristinae sanitati meritis beati Pontificis redditus est. Nulla hæc veterum relatione cognovimus; sed, quæ scripsimus, oculis perspeximus, manibus tractavimus: nec operæ pretium fore, putamus, alieno hæc fulcienda testimonio, quæ nobis coram positus divina evidenter operata est virtus.

cap. XIII.
Quidam factus mutus,

t 41 A monasterio Lambacensi miliario fere uno in edito montis loco ecclesia *t* beati Laurentii martyris constituta habetur; in circuitu vero prominent montana, in primordio creationis mundanae nativo tumore ex gremio genitricis terræ prolata. Secus hanc etiam viculus non grandis disponitur; dein per agros raræ sparguntur casulae, colonis satis *u* aptissimæ. Ex his ergo unus, permittente eo, qui possedit et fecit et creavit nos, mutus efficitur; et dum

diu verecundia percussus, casualia celat facta *x*, dum intrinseca in dies augmentantur cruciamina, dum cor ejus, ultra quod dictu incredibile sit *y*, anxiatum conturbatur, dum præstolatur, ut peremptum vocis organum vocis gratia rursum ditaretur, spe sua fraudatur; quia nondum venerat hora ejus. Permanet itaque mutus, et alter Zacharias, ingrediens aut egrediens, erat innuens populis, et quidquid officio linguæ declarare debuisset, quodam rotamine signorum, quæ mater artium *z* eum docuerat, portendebat.

42 Alii vix conjiciendo ex his, quæ videbant, modicum quid intelligebant; alii parum attendebant; alii (sicut ubique claret *aa*, sagena Dei malos cum bonis trahit) miserum mirabiliter mutientem deridebant, seipsos minus considerantes, quia omnes in manu Dei, sicut lutum in manu figuli, sumus *bb*, et ipse fecit nos, et non ipsi nos. Flebat miser in secretis suis, affectuque mentis voce incondita Dominum, ut de vinculo improprietatis hujus eum absolveret, deprecatur. Tum vero quibusdam amicis suis eum instigantibus, toto mentis ac cordis affectu ad Dominum convertitur, jactat cogitatum suum in Domino, assumptisque sociis paucis, ad sepulchrum beati Adalberonis proficiscitur. Clam oratorium ingressus, humiliter humi ante sepulchrum provolvitur; et quia orare minus sibi licuit, intentionem orationis, compunctionem cordis, votum intimæ devotionis cum lachrymarum suspiriis Domino fideliter obtulit. Nec spe frustratur, licet statim effectus orationem non sequeretur; quia nec Paulus mox, ut oravit, exauditus est ad voluntatem, exauditus est autem ad utilitatem *cc*; nec nos, oratione Dominica perorata, statim accipiemus regnum Dei, pro quo petimus.

43 Tertia tamen demum die ille, qui meritis Baptistæ aperuit os Zachariæ *dd*, meritis beati Præsulis aperuit os muti, et loquebatur recte. Futuro autem die Dominico Lambach regreditur, coram Fratribus et ecclesia, quæ eo die convenerat, gratiam quæsitam et adeptam confitetur, quorum testimonio, quod prælibatum est, roboratur. Videsne, quam magifice Dominus Sanctum suum mirificavit, quem etiam hoc in facto Baptistæ suo æquiparavit *ee*? Nec indignum aut impossibile tibi, quod dictum est, videatur; cum etiam ore Veritatis omnes ad vitam prædestinati non modo angelis æquales, sed et angelos futuros fore insinuantur *ff*, ut ibi: « Angeli eorum semper vident » faciem Patris mei *gg*. » Et Zacharias, « Labia. » inquit, « sacerdotis custodiunt scientiam, et » legem requirent ex ore ejus: quia angelus » Domini exercituum est. »

44 Equipollentiæ Johannes consonat: « Scientiam, » aiens, « quoniam, cum apparuerit Dominus, similes ei erimus: quoniam videbimus » eum, sicuti est. » Audi adhuc, quid alias Salvator profiteatur: « Ego dixi, dii estis, et filii » Excelsi omnes; » eos appellans Deos, ad quos sermo Dei factus est. Unde Hieronymus, « Si » similitudo, » inquit, « Sanctis repromittitur, » veritas non negatur. » In primordio descriptionis signorum, si curiosus recolas, invenies paralyticum et claudum meritis beati Adalberonis curatum: nonne hæc a Deo sibi collata virtus æqualem eum Apostolis fecit et facit *hh*? Non enim Sancti, quorum consors jam in caelestibus est, cum quibus jam fulget in regno Patris eorum,

AUCTORE ANONYMO.

x
y
z

fusus ibidem tacitis precibus,

aa
bb

E

cc

tertio post die loquelam recipit. Auctoris ad hæc

dd
ee

F

ff
gg

observatio:

hh

AUCTORE
ANONYMO.

CAP. XIV.
Puella pau-
percula, diu-
turnis febrim
admodum
languida,

ii

eorum, virtutibus ejus invident, immo con-
gaudent; dummodo simulas imprudentium ho-
minum non derogat illi.

45 Vidua vitam beatam in castimonia amu-
lans, unicam habuit filiam, cum qua diaria,
sine quibus vita ista nequaquam geri potest,
labore manuum (ut filiorum Adæ lex est) qua-
sivit, rarius, quam sibi expediret, ægre con-
quisivit. Filiam jam adultam, annosque maturos
intransentem, ut per se potius assuesceret sine ad-
miniculo materno sibi necessaria providere,
mater deseruit, ne, dum pauper pauperi adhae-
reret, utraque periclitaretur. Ad instar avium,
quæ pullos suos, ad plenos educatos, ad volan-
dum satis expeditos, morsibus et alarum ictibus,
quæ sunt tela et arma earum, a se repellunt, ne in
æternum parentum providentia, sed sua discant
pasci industria et solertia; qui dum parentibus
molesti sunt, circa volucritando ii, vociferando,
apertis rostris hiando, alis expassis victum men-
dicando, non exaudiuntur; quia, si semper
exaudirentur, utriusq; inedia consumerentur.
Filia autem pauperula, processu temporis vi-
febrim correpta, viribus corporis repente cœ-
pit destitui, et, quamdiu licuit, ubique vaga-
bunda languorem fallere tentabat, si forte mu-
tato aere dolor ejus mitigaretur.

B
dum visione,
ut putabat,
prævia, Lam-
bachum vehi-
tur,

kk

46 Tandem febris infusa medullis corpus ejus
excoxerat exhaustum, adeo ut in lectum cor-
ruens per sex menses sine spe recuperandæ sani-
tatis cruciaretur. Crebro mater venit filiam vi-
sitare ægotantem; sed succurrere ei nequens,
ad sua repedabat. Interim, dum doloribus con-
tinuis terebratur corpus, dum vexatur animus,
occurrit ei signorum gratia, circa tumbam beati
Adalberonis actitata: et obdormiscens in visione
perdocetur Lambach proficisci, misericordiam
petere, ut accipiat, quærere, ut inveniat; et, si
perseveraverit pulsans, apertionem pollicetur.
Ite non solum semel, sed secundo et tertio ei
apparuit; sed egestas paupertatis kk, ne ad
votum perveniret, obstitit. Tandem anni spatio
fere emenso, mater adest gemebunda, et filia
invehitur contra eam iracunda, cur eam sineret
in fœtoribus vitam finire, cur ope illius illo non
perduceretur, ubi, sicut plurimi, ita et ipsa
misericordiam consequeretur? His compuncta
sermonibus, his vulnerata minis et terro-
ribus, ubique anhela discurrit, nunc orando,
nunc supplicando, equum et vehiculum prece
et brevi merce conquirat, filiam seminecem su-
perimpositam *, cursum versus Lambach ad
tumbam beati Viri, ad quam animus ejus fla-
grabat, cujus aspectum totis desiderii anhela-
bat, dirigit, et flumine transito, qui * in mar-
gine montis, oratorum beatæ Dei Genitricis in
vertice gestantis, præterfluit, mox ut navicula
portum attigit, anima languentis, carnis abso-
luta ergastulo, portum salutis et quietis adiit.

* Joan. abb.
ei imponit

* imo quod

eo appulsa
moritur.

* i. e. esse

ll

mm

C
47 Nam a cymba in proximam delata taber-
nam feliciter expiravit, et mater, quæ pro vi-
tico et oblatione natæ detulerat, exequis ejus
impendit. Exin in cymiterio beati Johannis Ba-
ptistæ sepulta, Domino spiritus, terræ carnis
materia commendatur. Unde quis ambigat, hanc
beato Episcopo a Domino præstitam fore * vir-
tutem, ut pauperula illa ægritudinis nodis et
vinculis mortis erepta requiem celerem, obi-
tumque felicem sit consecuta ll. Videres jam
impletum, quod Propheta ait: « Juxta est Do-
minus his, qui tribulato sunt corde, et humiles
» spiritu salvabit mm. » Tale quid habemus de

beato Martino nn, qui, dum imperatorio edicto
custodiæ publicæ mandatur conservandus, po-
stero die barbaris pugnaturis objiciendus; Do-
minus meritis ejus exemit pugnæ necessitatem,
ne vel aliorum nece Sancti violarentur obtutus.

48 Quia bina paria præ manibus habemus
miracula, operæ pretium est, ut, sicut tempore
et effectu, uno tamen in loco, uno et in sexu
actitata, discreta sunt; ita et nos ea cudendo *
ex amussim distinguamus. Superius enim præ-
libatum oo in Cœna Domini, sequens vero in ca-
pite jejunii pp patratum est miraculum. Mulier,
genere et rebus pertenuis, de finibus Austriæ,
ex civitate, quæ vulgo Vienna qq nuncupatur,
dum ad instar clientularum pro quæstu anxie
laborat cottidiano, vespere Sabbati ante Puri-
ficationem sanctæ Mariæ, dum Sabbatismum
sabbatizando observare debuit rr, prævarica-
trix divinæ facta est legis, in jus ss operi ultra
solutum incumbens servili. Nam sinistra librans
harpaginem tt, dextera autem circumrotans fu-
sum, ut staminum argute in harpagine compo-
nat fila, utrumque instrumentum utriusque mani
tam firmiter ac insolubiliter inhæsit, ut nulla vi
trahentium, nullo argumento sibi invicem suc-
cedentium, erui quivisset. Ungues enim utrius-
que palmæ, pellem et carnem perterebrantes,
de stigmatibus vulnerum sanguinis eliciebant
guttulas; livor etiam vehemens adeo utramque
occupaverat manum; ut nil præter genitum et
suspiria agere liceret.

49 Exiit ergo a civitate Vienna, sacra petitura
ac peragrata loca, Sanctorum implorata
auxilia, quorum opulationibus imminuta
queat evadere discriminum dispendia. Ut au-
tem breviter extrema tangamus acta, in ecclesia
beatæ Otiliæ uu virginis harpaginem ipsius in-
terventu amisit, fusum acriter adhuc cruenta
stringens manu, Lambach ad beati Adalberonis
tumbam detulit; et ubi manum lividam sepul-
chro adhibuit, meritis sancti Pontificis perdidit,
quo gravabatur dispendium, nacta feliciter,
quod quæsiit, salutis suffragium. Ipsa hora
pater monasterii cum universis supervenit Fra-
tribus, probaverant et viderunt opera, quæ Dei
clementer operata est clementia. Erat autem
tunc annus Dominicæ Incarnationis m. cc. mitus
dies vero Dominicæ Paschæ ultimum in Kata-
logo computi elementis Q punctum obtinuit xx.
Hinc animadvertere potes, ubi caput jejunii
occurrerit yy, in quo acta sunt, quæ digesta
sunt.

ANNOTATA.

a Lucæ cap. 24, v. 45 dicitur eastellum Em-
maus spatio stadiorum sexaginta a Jerusalem
abfuisse: quadraginta igitur stadiis, si recte com-
putavit biographus, nemus, cujus hic meministi,
distabat Lambach.

b Apud Joan. abb. hic insertum legitur: Vul-
go Pratenau.

c Ibid. Altari beati Petri Salisburgæ.

d Ibid. Quem vulgo Nemorarium, aut Saltu-
arium, quasi nemorum saltuive præfectum
appellamus.

e Notat Pezius, hic denuo in ora codicis ea-
dem manu adjectum legi: Uxor Eberhardi de
Preitenowe.

f Joan. abb. Immodicus.

g Tota hæc periodus desideratur apud Joan.
abb., ubi post Recurvatat sequitur: Post hæc etc.
h Celebratur

D

nn

CAP. XV.

Mulier divi-
nitus in ma-
nibus punita,
* Joan. abb.
referendo

oo

pp

qq

rr

ss

tt

E

partim in ec-
clesia S. Othi-
liæ, partim
in B. Adalbe-
ronis sospita-
tur.

uu

F

xx

yy

A h Celebratur hæc festivitas die 14 Septembris.
 i Varia hujus vocis apud scriptores mediæ ævi
 significatio legi potest in Glossario Cangii: hic
 usurpatur pro pondere seu gravitate mæroris.
 k Joan. abb. Acquiescit.
 l Idem: Nisi summa urgente necessitate.
 m Idem: Locata.
 n Idem: Tunc vero rediens.
 o Idem: Vociferatur; ac mox infra: Decla-
 rabat pro Declarat, et, Exaltabat pro Exaltat.
 p Id. Omnino.
 q Id. Quæ cum veniret.
 r Id. Huic ossa.
 s Imo: Longo, ut habet Joan. abb.
 t In ora codicis Lambacensis, teste Pezio,
 eadem manu oppositum legitur: De ecclesia, quæ
 dicitur Pachmannen.
 u Joan. abb. Perquam.
 x Id. Fatale hoc celat factum.
 y Id. Ultra quod dictu credibile sit.
 z Id. hic addit: Necessitas.
B aa Id. Claret, quod etc.
 bb Id. brevius: Quia omnes in manu figuli
 sumus.
 cc Lege Epist. 2 ad Cor., cap. 12.
 dd Lucæ cap. 1.
 ee Hyperbolica comparatio est, quod, quemad-
 modum Zacharias amissam loquelam recepit in
 natiuitate seu circumcissione S. Joannis Bap-
 tistæ, ita vir iste facultatem loquendi, qua destitu-
 tus fuerat, per merita B. Adalberonis recupera-
 verit.
 ff Joan. abb. Angeli futuri insinuentur.
 gg Matt. cap. 18, v. 10. Joannes abbas, for-
 tasse, quod adverteret, allegatum textum nihil
 hac facere, addidit alterum, Et item, inquit: «
 Equales angelis erunt, et sunt filii Dei, cum
 sint filii resurrectionis.» Consule Luc. cap. 20,
 v. 56. Qui mox sequuntur textus sacræ Scri-
 pturæ, deprompti sunt, primus ex Malachiæ (non
 Zachariæ) cap. 2, v. 7; quam ob rem Joannes
 abbas pro Zacharia, Malachiam substituit: se-
 cundus ex Epist. 1 Joannis cap. 5, v. 2; tertius
 ex Psalm. 81, v. 6.
 hh Melius qualemcumque similitudinem pote-
 statis, quam æqualitatem, hic memorasset anony-
 mus noster, alludens ad curationem paralytici
 cap. 1 relatum, sanatumque a sanctis Apostolis
C Petro et Joanne claudum ab utero, de quo Lucas
 in Act. Apost. cap. 5.
 ii Joan. abb. Volitando, et mox infra: Expan-
 sis pro Expressis.
 kk Id. Sed res angusta domi.
 ll Nolim negare, pauperculæ huic fortasse sa-
 tius fuisse, mori, quam sanari: at certe anony-
 mus noster istæc nullo rectius ommississet; quid
 enim in eo miraculi est, quod mulier diuturno
 morbo contrita, accedentibus etiam vecturæ in-
 commodis, moriatur?
 mm Psalm. 55, v. 19.
 nn Colitur hic Sanctus die 11 Novembris, quo
 die ejusdem gesta illustranda venient.
 oo Superius a num. 10.
 pp Id est, Feria quarta Quinquagesimæ, seu
 Cinerum; quæ caput, seu initium est jejunii
 Quadragesimalis.
 qq Alias Vienna, Germanis Wien, olim Vin-
 dobona, Austriæ caput, ejusdemque archiducum
 et Austriacorum Imperatorum sedes est, toti orbi
 notissima.
 rr Vide Annotata hic ad cap. 1, lit. t.

ss Joan. abb. Instantius.
 tt Colum videtur indicare.
 uu Nescio, an anonymus aliam hic designare
 voluerit S. Otiliam, quam Abbatissam Hohen-
 burgensem in territorio Argentoratensi in Alsa-
 tia, quæ Martyrologio Romano inscripta est die
 15 Decembris.
 xx Indicat, Dominicum Paschæ diem eo anno
 in diem 23 Aprilis incidisse, ad quem diem in
 vetustis Calendariis ad signandos Lunæ dies lit-
 tera Q cum duobus punctis, seu jam tertium in
 eo lunationum cyclo signatur. Porro assignato
 anno 1204 Pascha vere incidit in diem 23 Aprilis.
 yy Joan. abb. Occurrere potuit. Cum ex di-
 ctis hoc anno 1204 Pascha celebratum fuerit die
 23 Aprilis, caput jejunii, seu Feria quarta Cine-
 rum, incidit in diem 10 Martii.

AUCTORE
 ANONYMO.

CAPUT IV.

Aliquot alii ad ejusdem
 Beati tumbam incolumi-
 tate donati.

Signis a et miraculis beati Episcopi longe
 lateque divina gratia se dilatantibus; et non
 solum contiguas, sed etiam exteras regiones
 illustrantibus, de civitate Ratispona b mulier
 quedam, clausa lumina diu ferens, cum aliis,
 quibus eadem mens erat, Lambacense exiit
 visitare cœnobium. Quo perveniens, tumbam
 beati Episcopi fide ac devotione ambiens, ora-
 tionem ad Dominum fudit, sacrificium contriti
 spiritus obtulit, misericordiam, quam quesivit,
 ocyus invenit, lumen oculorum amissum reci-
 pere meruit, cum gaudio repatriavit, quæ tristes
 pridem superyenit, nam non longe a monaste-
 rio, dum iret, illuminata est. Exin aliquanto
 interjecto tempore, cum adstipulatoribus veri-
 tatis rediit, die Dominico gratiam, quam per-
 cepit, ecclesiæ tunc congregatæ lachrymarum
 imbre perfusa aperuit: Gloria in excelsis Deo
 tollitur; Deus in Sanctis suis mirabilis prædi-
 catur.

CAP. XVI.
 Mulier cæca
 post honora-
 tum Beati tu-
 mulum illu-
 minatur:
 a
 b

Evolutis deinde aliquot diebus, anno vi-
 delicet ab Incarnatione Domini m cc xxv, xvi Kal.
 Octobris, ubi annuatim Dedicatio Lambacensis
 occurrit ecclesiæ c, venit vir quidam provec-
 tæ ætatis, de civitate juxta Anisum d fluvium sita,
 a quo et ipsa civitas nomen ANASUS accepit,
 tumulum beati Alberonis invisere ardentem si-
 tiens. Nam fama virtutum beati Viri omnem
 hanc regionem resperserat; propterea caterva
 tim omnes populi gratia recuperandæ sospitatis
 eo tendebant. Vir ergo ille, de quo nobis sermo
 est, xx et eo amplius annis cæcus permanserat,
 et jam fere desperatus, hortatu sociorum, qui
 eum ducebant, cum summa intentionis devo-
 tione ad sepulchrum, pluribus jam signis clari-
 ficatum, accessit; preces ad Dominum fudit,
 ut Pater misericordiarum et Deus totius con-
 solationis amissum illi lumen redderet, qui
 cæco nato oculos aperuit e. Oratione completa,
 omni turba, quæ ad diem festum convenerat,
 inspectante, lumen recepit, et omnis plebs, ut
 vidit,

CAP. XVII.
 alter multis
 annis amissum
 visum recipit;
 c
 d

AUCTOR
ANONYMO.
CAP. XVIII.
mulier con-
tracta,
f

g
h

* glorifican-
tium
* dicentium

CAP. XIX.
puer claudus
et mutus.

CAP. XX.
alter item
puer utroque
pede claudus,

* i. parochia

CAP. XXI.
atque puer
cæcus natus,
ad Beati se-
pulchrum sa-
nati.

CAP. XXII.
Septennis
puer mutus
factus,

i

k

vidit, dedit laudem Deo. Facta sunt hæc tem-
pore vespertino ante noctis crepusculum.

52 Eadem nocte fidelibus ad sepulchrum
beati Episcopi excubantibus, mulier quædam
clenica *f* et omni corporis parte contracta (utra-
que enim manus ejus pectori adharebat et in-
harebat, acsi ænea rigisset, crura quoque
natis in nexa erant, ut jam, non mulier, sed
simulacrum videretur) aderat *g*. Quarta nam-
que vigilia noctis ante nocturnalem synaxim *h*,
manus et crura cum ingenti fragoris solvuntur
crepitu in tantum, ut tota turbaretur ecclesia.
Hujus rei veritatem, non duo vel tres, sed
plurimarum testificatur assertio turbarum, glori-
ficantes * Deum, et dicentes *: Gloria tibi Do-
mine.

53 Puer quidam, de ecclesia sancti Benedi-
cti, quinquennis, incessu pedum carens, alter
Zacharias mutus permanens, dum sacros cin-
eres beati Pontificis cum comitibus veneratur et
honorat, parentes et amici pro sospitate pueri
preces fundunt ad Dominum. Ille subito erigitur,
ac ambitum sepulchri semel, bis, tertio-
que perlustrat. Clamor ad sidera tollitur, laus
illi concinitur, qui erigit elisos, solvit compe-
ditos, qui linguas infantium facit disertas :
nam, ubi puero gressus meritis beati Alberonis
redditur, mox apertum est os ejus, et loque-
batur recte.

54 Aliud miraculum, huic simile, congrue
subnectitur, ut cognoscat universitas fidelium,
quanta locus ille gloria sit dignus, quem Domi-
nus tot et tantis illustrat signis et virtutibus.
Non multo interjecto tempore, inter promi-
scuas turbas de prædicta barrochia * venit puer
septennis ad tumulum beati Præsulis visendum,
utroque claudus pede. Qui a parentibus, co-
gnatis et notis sepulchro sancti Viri applicitus,
orationeque fidelium consummata, puer sur-
rexit incolumis; et illi gloria concinitur, qui
omnes homines vult salvos fieri.

55 Nec silentio prætereundum, quod una
Sabbati venit multitudo copiosa plebis, utrius-
que sexus et ætatis ad tumbam beati Patris
nostri venerandam. Inter quos venit quidam
cæcus a nativitate, a partibus Austriæ, et inter
nocturnalum synaxim non minima angoris mo-
lestia aperti sunt oculi cæci ad laudem et glo-
riam Jhesu Christi, Domini nostri, qui olim inter
homines conversans oculos aperuit cæci nati,
quod a sæculo non est auditum. Nam cum fe-
nestræ oculorum reserantur, sanguis erumpens
genas et maxillas ejus abundanter rigaverat ad
testimonium veritatis.

56 Non, ut paginam vacantem oneremus, sed
ut nomen ejus, qui facit mirabilia magna solus,
per merita Sanctorum suorum magnificemus,
miraculum silentio non supersedeamus, simile
videlicet, ut beato Zachariæ, legimus, evenisse,
ad notitiam posterorum stylo memoriali trans-
mittamus. Puer quidam septennis de villa, eccle-
siæ Lambacensi vicina, Hofarn *i* dicta, proxima
nocte, quæ festum sancti Michaelis antecedit,
in somnis *k* officio linguæ destitutus subito ob-
mutuit, et usque ad octavum diem ejusdem festi
mutus permanens, non modicam tristitiæ que-
relam amicis suis advexit, nonnullis tamen levi-
tate puerili id fieri arbitrantibus; sed per pro-
gressum temporis de veritate hujusmodi eventus
dolentibus.

57 Instabat siquidem anniversarius dies beati

confessoris Alberonis episcopi, qui semper
octava die Angelorum occurrit *l*, quo plurimi
causa orationis Lambacensem locum student
invisere; cum quibus etiam parentes dicti pueri,
ipsum secum ducentes, divina spe animati, et
meritis beati Præsulis confisi, iter arripuere.
Itinere vero nondum confecto, dum jam adpro-
ximarent monasterio, puer subito in verba pro-
rupit, et materteram suam nominatim vocans,
solum esse vinculum linguæ suæ, lætabundus
affirmavit. Unde magno perfusi gaudio, tam
parentes, quam alii concomitantes, mœnia ec-
clesiæ subeunt, et sepulchro pii pontificis Albe-
ronis se oraturi prosternunt, gratesque Deo
reddiderunt. Exin res, ut gesta erat, Fratribus
monasterii, et omni, qui supervenerat, populo
panditur, et Christus gloriosus in Sanctis suis
prædicatur.

58 Puer *m* quidam mendicus ex casu factus
mutus ad monasterium Lambacense causa ali-
monia erroneus *n* pervenit, et aliquamdiu ibi
elemosyna sustentatus, tumbam beati Præsulis
gratia devotionis in vigilia Apostolorum Phi-
lippi et Jacobi jejunis adiit; et quia lingua non
poterat, intimis cordis suspiriis suffragium atten-
tius precabatur. Debilitate vero et mora devo-
tionis aliquantulum fatigatus, fessus in tumbæ
marmore obdormivit : cum vero evigilasset,
sensit, se officium linguæ recepisse, et, quod
prius nutu postulaverat vitæ egentis subsidium,
postmodum, solutis linguæ vinculis, perfecte
loquendo meritis beati Præsulis, quem in somno
sibi apparentem, et digitos sibi in os mittentem
viderat, ab omnibus requisivit *o*.

ANNOTATA.

a Quæ hoc septemque sequentibus numeris
referuntur, aliam, cœvæ tamen, manum præ-
ferre, observavi supra ex Pezio, cujus anno-
tationem etiam retuli in Commentario prævio
num. 13.

b Ratispona, seu Ratisbona, vulgo Regens-
purg, nota Germaniæ est libera Imperialis civi-
tas ad Danubium, ubi hic Reginum recipit, epi-
scopali sede insignita, habitusque in eo Imperii
comitibus celebris.

c Ita etiam habet editio Joannis abbatis: ve-
rum alibi eadem festivitas etiam 18 Kal. Octobris
facta legitur. Vide dicta in Commentario prævio
num. 30.

d Joan. abb. Anasum. Est autem vario no-
mine etiam Anesus, Anisus, Anseus et Onasus,
quandoque dictus, Germaniæ fluvius, ac fere
limes Superiorem inter atque Inferiorem Au-
striam Meridianam; a quo hic laudata civitas
similiter Anassiburgum et Anisia, Germanis Enns
appellatur.

e Joan. cap. 9.

f Joan. abb. Clinica. Porro Clinicus a Græco
κλινη lectus, ægrum semper in lecto decubentem
significat.

g Monet Pezium, verbum aderat desiderari in
codice Lambacensi.

h Synaxis vox Græca Latine conventum mo-
nachorum significat, utque hic additur, ad Offi-
cium nocturnum in ecclesia persolvendum.

i Joan. abb. Hofern.

k Idem unica voce insomnis.

l Id est, die 6 Octobris, quæ Octava est San-
ctorum

D
dem ad eum-
dem tumulum
ducitur, lo-
quelam reci-
pit.

l

CAP. XXIII.
Alteri muto
ad ejusdem
tumbam lo-
quela resti-
tuta.

m

n

E

o

A *ctorum Angelorum, seu Dedicationis S. Michaelis archangeli, quæ Dedicatione die 29 Septembris recolitur.*

m Notat Pezsius, hoc rursum caput alia, quam cetera, manu, sed cœva tamen, in Lambacensi codice exaratum esse.

n Id est, vagabundus.

o Hic desinit Liber miraculorum sine ulla clausula.

VITA

BREVIS METRICA,

Auctore anonymo incertæ ætatis.

Ex editione reverendissimi Joannis Abbatis Lambacensis.

Natalibus et meritis clarus fit episcopus Herbipolensis :

a

Stirps antiqua fuit, multas celebrata per oras,

De Lambach a comitum, quorum alto a sanguine natus

Felix progenies, divinus Adalbero præsul. Huic pater Arnoldus, mater Regilla, potenti

Francigenum fuerat Weinsberg de gente creata,

b

** an dictu?*

Qui Lambach præter Scherdingam *b*, multaque dictis *

Oppida Franconie magna ditone tenebant. Hic ergo heros spectabilis indole mentis,

Artibus ingenius viridi sacratus in ævo, Pieridum tantam collegit pulvere messem *c*,

Tantoque omnigenæ fulsit virtutis honore, Ut dubium fuerit, virtus præstantior arte,

Arsne ejus claris potior virtutibus esset. Ergo dum merito variis celebratur in oris,

C

Ultra lustra novem millenus volvitur annus; Amisso Herbipolis lugubris pastore gemebat *d*.

Conveniunt igitur clerus populusque frequentes :

Idem consilium cunctis, mens omnibus una, Desertam sedem generosus Adalbero sumat,

Pontificalis huic præcingat mitra capillos.

¶ Ille sibi oblatum divino munere honorem

Magnanimo acceptat nisu *e*, viresque secundas

A superis poscit recipitque fideliter oris; Talem se præstans, ut non præstantior ullus,

Utiliorve gregi fuerit : sic munere sancte Perfunctus, placida populos in pace regebat :

Nam templa extruxit sublimibus alta columnis,

Cœnobiis posuit fundamina grata Tonanti, Efficiens donis opulenta et religione.

Wirzburgæ Stephano locuples ecclesia sancto

Mystarum fuerat, sedaria jura sequentum *f*;

regit strenue, templa et monasteria erigit :

e

Hanc, Benedicte, tuo sacravit, dive, trophæo,

Triginta adsciscens monachos, qui nocte dieque

Usque Deo canerent sacrarum encomia laudum.

Altera deficient rebus (cognomine Schwarzig *g*)

AUCTORE ANONYMO.

g

Ordinis ejusdem, summi sacra templa Tonantis,

Queis Carolus quondam jecit fundamina Magnus :

Laudibus hæc Superum reparat, viresque ministrat,

Cum post sumpta Deo mortali e corpore membra

Mille anni, ter quinque et bis sex lustra fluebant *h*.

h

5 Verum sors malefida, furens successibus æquis

e sede sua ejicitur ;

Inter Pontificem summum, Ausoniumque monarcham

Impia pestiferi conflavit semina belli *i*.

i

Tum Pater, Herbipolis justas qui rexit habenas,

E

Romani obsequio Patris constanter adhærens,

Juste possessis per vim depellitur oris

Cæsare ab Henrico, quidamque invasor iniquus,

Nomine Meinhardus, veneranda sacraria presit :

Lustra bis octo super millenos quatuor annos

Currebant, propria cum cessit Adalberosede *k*.

k

Ergo Bavarie patrias remeavit ad arces *l*, Charus ubi genitor sacras fundaverat ædes

l

Bis sex canonicis : has plenus Numine Natus In Benedictinum summa ratione sacravit

Cœnobium *m*, cupiens fragiles ibi corporis artus

m

Ponere supremamque tubæ remorariæ horam *n*.

n

4 Interea rex Henricus, dominator et ora Saxonis Hermannus *o*, vesani Martis amore

in eamdem restitutus, et iterato ejectus,

Ardent; jam sævit scelerata insania belli ; Conseritur : multos tandem post stragis acer-

F

vos Hermannus tumido retulit super hoste triumphum *p*.

p

Omne ubi læto post fusa tot agmina victor Magnanimus fuit Hermannus, Mavortius heros,

Plurima devicti pervertit facta tyranni; Imprimisque suis privatus Adalbero præsul

Juste possessis est rursus honoribus auctus *q*, Meinhardusque sacræ detrusus sede cathedræ.

q

Pristina sed postquam cæsar moderamina rerum

Sumpsit, et innocuis Christi crux esse ministris

Pergit *r*, Adalbero, quæ struxit, sacra tecta revisit

r

In patria : hic dulci datur indulgere quieti, Anno milleno, quinto, lustrisque bis octo *s*;

s

Cui plus, Meinhardo, pertentant gaudia peccatus ?

Verum hanc lætitiæ mors opportuna dirimit,

Vix tribus exactis, cum tempus curreret, annis.

Tum

AUCTORE
ANONYMO.
quietem hono-
ribus præfe-
rens, Lambaci
moritur, et
sepultus mi-
raculis claret.
t

3 Tum rursus viduam venerandus Adal-
bero sedem
Sumat, sollicita multorum voce rogatur.
Ille sed exhorrens dubiæ ludibria sortis,
Ut qui bis fuerit justo spoliatus honore,
Vota petitorum rapidis dedit irrita ventis t.
Perplacet æthereis reliquum traducere tem-
pus
Obsequiis, sanctas, queis struxit, Fratribus,
ædes,
u
Concordi innocuæ sociatum fœdere vitæ u.
Dehinc post Meinhardum binos, non amplius,
annos
Vixit, quemque dedit cursum fortuna, per-
egit;
Et tandem fessus, tardusque senilibus annis,
Ex hoc instabilis moriendo carcere vitæ
Evolat, æternamque capit super astra quie-
tem.
x
Octobris sexto divina a Prole redemptus
Mille annos, deciesque novem cum volveret
orbis x.
Indo monasterio chari genitoris ad ossa
In Lambacensi, patria tumulatur in urna.
B Præmia nec meritis hic desunt, namque mi-
raclis
Non dubiam testata fidem monumenta reful-
gent,
Optatamque agris reddunt consulta salutem.

ANNOTATA.

a De paterna, maternaque, de qua mox, B. Adalberonis familia, aliisque huc spectantibus, consule Commentarii prævii § 2.
b Scharding Bavariæ Superioris oppidum est ad OEnum fluvium, quod suis propriis comitibus paruit.
c Litteris primo Heriboli imbutus fuit, deinde Parisiis eruditus, ut habet Vita supra data.
d S. Brunonem hic designari, eundemque anno 1043 obiisse, ostendi in Commentario prævio num. 52 et sequenti. Ad eundem annum etiam deducunt præmissi Poeta calculi, ut computanti exploratum erit.
e Eodem anno 1043. Vide Comment. prævium loco mox citato.
f Canonicos hosce fuisse, constat ex dictis in Commentario prævio § 4, ubi de hac fundatione pluribus egi. Poeta igitur per sedaria jura vitam clericorum seu canonicorum indicavit, voce sedaria derivata a sede, quo nomine frequenter

veniunt ecclesiæ cathedrales, in quibus canonici divina passim peragunt.

g Alias Schwarzacum, de cujus per B. Adalberonem instauratione consule Comment. prævium § 4.

h Id est, anno Christi 1074 vel sequenti. Adi Comment. prævium § 4; num. 62 et seq.

i Agit hic de sedo schismate ab Henrico IV Germaniæ rege adversus legitimum Pontificem S. Gregorium VII suscitato, quod Ecclesiam Dei et Germaniæ imperium graviter afflixit. Adi Comment. prævium §§ 5 et seq.

k Id est, anno 1084. Vide tamen dicta in Commentarii prævii § 6.

l Lambacum designat, quod Bavariæ tunc accensebatur, nunc Austriæ Superiori.

m Adi Comment. prævium § 5.

n Redi ad eundem Commentarium num. 27 et seq.

o Multi Germaniæ Catholici principes Rudolphum, Sueviæ ducem, anno 1077 regem adversus Henricum IV sibi constituerunt, eidemque Rudolpho anno 1080 ex accepto in pugna ad Elstram fluvium, in qua Henricum magna clade affecit, vulnere mortuo Hermannum Luemburgicum suffecerunt, qui dominator oræ Saxonis, seu Saxonie hic dicitur, quod Saxonis ei adhererent.

p Hermannus rex Germaniæ, ut dictum est, salutatus, Henrici IV exercitum anno 1081 apud Höchstadium prostravit.

q Hæc contigisse anno 1086, ostendi in Commentario prævio num. 94 et duobus sequentibus, quos consule.

r De recepta per Henricianos Heriboli, et expulso Adalberonerelege eundem Commentarium num. 97 et seqq.

s Id est, anno 1083, sed saltem uno anno præpropere, ut observavi in Commentario prævio num. 97.

t Adi eundem Commentarium num. 99 et 100.

u Noli hæc de B. Adalberonis inter Lambacenses monachatu, sed de societate vitæ ac fortasse conventus cum Lambacensibus Benedictinis interpretari; nam vitam monasticam eum nunquam professum fuisse, adversus Joannem Trithemium probavi in Comment. prævio num. 29 et seqq.

x B. Adalberonem assignato anno 1090, dieque 6 Octobris obiisse, probavi in eodem Commentario num. 101 et sequentibus.

